Ut in plurimis lexicis MS., sic in codice Cantabrigiensi saepenumero omittitur litera initialis, quod semel monuisse sufficiat. Verba, καὶ τὸν τὸν βῆτὸν ἀποδόντα οἵς ἀφειλεν, corrupta sunt. Deest enim aliquid sententiae, neque aerarius post debitum

solutum potest dici solvisse τὸ ῥητὸν i. e. τὸ ὀρισμένον, οἷς ὁφειλεν. Veri simile mihi videtur, scripsisse grammaticum: καὶ τὸν τὸ ῥητὸν ἀποδόντα ὁ ὁφειλε μὴ ἔξαλείψεντος. Quum ceteri grammatici diserte nil tradant de hoc modo τῆς ἀγραφίου δίκης, admodum difficile est locum corruptum in integrum restituere. Videntur facere cum nostro Beck. An. 199, 30 et Etym. M. in voce, ubi legitur: Ἀγραφίου — ἐνιστε δὲ καὶ κατὰ τῶν ἐγγραφόντων τοὺς μὴ ὀφείλοντας, quum Meierus hic legi iubeat ἐνιστε δὲ καὶ κατὰ τῶν μὴ ἐγγραφόντων τοὺς ὀφείλοντας, sed nil mutandum arbitror, grammaticum vero confidisse δίκας ἀγραφίου et ψευδεγγραφῆς. Sequitur tamen ex iis, quae de ἀγραφίου actione tradunt ceteri grammatici, hanc actionem etiam competere κατὰ τοῦ τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ ἐγγράψαντος, etiamsi non dicant diserte. Si enim ἀγραφίου δίκη competit in aerarium, quod aut nomen eius in tabulas publicas non relatum (vid. Hes. in voce), aut ante debitum solutum expunctum esset (vid. Harp. i. v.), appareat simul agi de magistratu, qui propter gratiam ei alterutra in re adiuvisset.

'Αντιδοσία.

Omnia recte et ordine procedent, si ante προκλεῖται (nam sic sine dubio supplendum est) inserta particula καὶ, pro προκλεῖται scripseris προκλήται. Eodem modo loquitur noster infra v. διαγραφή, saepenumero autem scriba confundit Ind. et Coni. (vide v. εἰσταγγελία). In Schol. ad Dem. Midian. p. 539, 29 ed. Dindorf legitur, νόμος ἦν παρ' Ἀθηναῖοις, εἴ τις προβληθεὶς ἔτερος (ὑπὸ ἔτερου P.) εἰς τὸν τριηραρχίαν, εἰ δὲ μὴ βούλοιτο ἐκεῖνος λαμβάνειν μὲν (μὲν om. V.) τὸν τοῦ νομιζομένου (δινομαξομένου margo P. ex cod. Par. ε.) οὐσίαν, διδόναι δὲ τὴν ἑαυτοῦ καὶ οὕτω τριηραρχεῖν, ubi Meierus annotat: „locus emendatu difficilis; sententia fere haec desideratur: εἴ πτις προβληθεὶς εἰς τριηραρχίαν ἦν, προκλεῖσθαι ἔτερον εἰς τὴν τριηραρχίαν. εἰ δὲ μὴ βούλοιτο ἐκεῖνος, ἐκελεύετο λαμ-

νέβανειν κ. τ. λ." Non recte me iudice: pars posterior sanissima est: in priore est lacuna, quae hoc modo potest expleri: *υδμος ἦν παρ' Ἀθηναῖοις, εἴ τις προκληθεὶς εἰς τὴν τριηράρχιαν, ἔτερον εὐπορώτερον νομίζοι, τοῦτον προκαλεῖσθαι εἴ δὲ μὴ βούλοιτο ἐκεῖνος κ. τ. λ.* Sic demum intelligis voc. *νομίζομένου*. Confusione vulgari literarum β et κ , pro *προκληθεὶς* scriptum est *προβληθεὶς*.

'Αγωνία.

Apud Zonaram p. 25 in voce legitur in fine: Ξενοφῶν δὲ τὸ ἀγωνίᾳ ἐν τῷ ἀγῶνι, ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ ὁ Φόβος, quae verba corrupta e nostro sunt emendanda, sic: Ξενοφῶν δὲ τὸ ἀγωνίᾳ ἐπὶ τοῦ ἀγῶνι, ὡς ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ ὁ Φόβος. Pars huius glossae exstat in Et. M. videlicet, ἀγωνία, ἐπὶ τοῦ εἰς ἀγῶνα μέλλοντος κατιέναι, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπλῶς Φόβῳ. οὕτως Ὁρίων. Saepius ἀγωνία ponitur pro ἀγώνι, quam hoc uno loco Xenophontis, qui legitur Cyr. II, 3, 15: νῦν γάρ, ἔφη, ἄνδρες εἰλημμένοι εἰσὶν ἐν δημοτικῇ ἀγωνίᾳ: v. c. apud Plat. Alcib. 2. p. 145 C: τι δ' εἴ τις ἵππεύειν ἢ τοξεύειν οἶδεν, ἢ αὖ παλαίειν ἢ πυκτεύειν ἢ τι τῆς ἀλλης ἀγωνίας κ. τ. λ. Vide imprimis Poll. III, 142: καὶ τὸ πρᾶγμα ἀγῶν καὶ ἀγωνία, καὶ σεμνότερον εἶποις ἀν, ἀγωνίαι γυμνική, καὶ ἀγωνίαι Διογυσιακή. Nec mirum, quum ἀγωνία primo significet certamen, dein timorem, quo corripitur is, qui in certamen descensurus est, postremo apud recentiores simpliciter angorem, sollicitudinem.

'Αγωνοθέτης.

Discrimen inter ἀγωνοθέτην et ἀθλοθέτην similiter tradunt Beck. An. 333, 28, Phot. etc. Sed vanum est grammaticorum figmentum, quum promiscue hisce vocabulis utantur scriptores. Vide Pierson. ad Moerid. in voce.

'Αγήνωρ.

Male in fine leguntur verba ὑπὸ Ἰάνων δὲ ὁ ἀπορος, ὑπὸ

'Αττικῶν ὁ τρυφερός, quum pertineant ad glossam antecedentem, ut iam monuit Meierus, quod patet e Zon. Suid. Et. M. In Et. M. pro τρυφερός legitur κοῦφος. Nequaquam verum esse potest, quod narrant grammatici ἀγαυρον a Ionibus dici τὸν ἀπορον. Causa erroris repetenda est a scholio in Hesiod. Theog. 831, 832:

ἄλλοτε δ' αὔτε (αἱ Φωναι Φθέγγουσται)

Ταύρου ἐριβρύχεω, μένος ἀσχετον ὅσσαν, ἀγαυροῦ·
ubi legitur ὅσσαν ἀγαυροῦ, κακοῦ ἢ ἀπόρου, quamquam satis
perspicuum sit, ταύρου ἀγαυρὸν nil aliud posse significare nisi
taurum ferocem.

Ἀγύρτης.

Emendata est glossa e Zon. Hes. Poll. VII. 205.

Ἀβροχίτων.

Occurrit voc. Aesch. Pers. 541: λέκτρων τ' εὐνάξ ἀβροχίτωνας.

Ἀγών.

"Cum quinque promittat significaciones, non potest sex docere: verum coaluerunt hic duae glossae, quarum prior, quae exstat etiam apud Et. Magn. derivata est e Schol. Iliad. Σ, 376, posterior δὲ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀσκησις legitur etiam apud Suid. et Phot." Meierus. Recte emendatur τὸν ἄθλον pro τὸν ἄθλον, quod nunquam possit significare ἀγών. Restat ut exscribam locos Homeri, qui citantur: primus legitur Od. Θ. 260: λείηναν δὲ χορδήν, καλὸν δὲ εὔρυναν ἀγῶνα. 2. Il. Ω. 1: λύτο δ' ἀγών, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἔκκοστοι etc. 3. Il. Τ. 33: "Ηρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. 4. Il. Η, 298: αἴτε μοι εὐχόμεναι θεῖον δύσονται ἀγῶνα.

Ἀγνώμονες.

Vide Platon. Lysid. p. 218 a: λείπονται δὴ οἱ ἔχοντες μὲν τὸ κακὸν τοῦτο, τὴν ἄγνοιαν, μήπω δὲ ὑπ' αὐτοῦ ὅντες ἀγνώμονες μηδὲ ἀμαθεῖς, ἀλλ' ἔτι ἡγούμενοι μὴ εἰδέναι ἂ μὴ γίγαστι.

'Αγχιστεῖς.

Eadem glossa recurrit apud Beck. An. 213, 15 et 333, 6; Phot. Suid. Zonar. nisi quod apud hos pro ζευχθέντες legitur μιχθέντες.

'Αγορά.

Pro particula ὡς requiritur θέεν, ut recte Zonaras p. 27, qui ut supra monui in glossis huiusce generis semper fere conspirat cum nostro: ἀγορά, ἡ ἐκκλησία καὶ ἡ συνάθροισις, θέεν καὶ ὁ Νέστωρ ἀγορητής. Item Suidas: ἀγορὰ ἡ ἐκκλησία, θέεν ὁ Νέστωρ ἀγορητής. Nestor ita dicitur Il. A. 248: Τοῖσι δὲ Νέστωρ ἥδε επῆς ἀνόρουσε, λίγυς Πυλίων ἀγορητής. Verba ἀγορᾶς Ὄπερειδης etc. recurrent apud Suid. et Harp. qui addunt nomen orationis, vid. ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου.

'Αγωγή.

Suidas in voce: ἀγωγὴ ἡ διὰ τῶν ἥθων τοῦ τρόπου κατακόσμησις, unde addidi praepositionem διά.

'Αλογίου δίκη.

Differt ea explicatio a reliquorum grammaticorum enarratione: iis enim ἀλογίου iudicium locum habere videtur, ubi cunque magistratu perfuncti qui essent, rationes non reddidissent numeris, sive in eo munere pecuniam publicam tenuissent, sive non tenuissent (vide v. c. Hesych. ἀλογίου δίκη, ἦν Φεύγουσιν οἱ ἀρχοντες, λόγου οὐ δύντες τὰν τῆς ἀρχῆς δίοικημάτων, quoecum faciunt Suid. Et. M. Zonar.); hic autem docetur ἀλογίου iudicio petitum esse, quicunque pecuniam publicam ad sumptus publicos faciendo accepisset, neque eius rationes reddidisset, sive cum magistratu fuisset, sive non fuisset." Meierus. Utraque explicatio vera est, sed noster de uno tantum modo τῆς ἀλογίου δίκης loquitur.

'Αντιγραφή.

Recte Meierus pro δημοσίου restituit Δημοσθένους et pro ἐκάστου, ἐκατέρου. Leguntur verba Demosthenis in oratione

κατὰ Στεφάνου Λ. § 46: τὰ ψευδῆ μου κατεμικρύψε Στέφανος μικρυρήσκε τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. Ex γραμματείῳ primo factum est vulgari errore γραμματίῳ, tum γράμματι.

*Ανθυπωμόσαντο.

Vide Beck. An. 404, 17: ἀνθυπάμοσα ἀντὶ τοῦ ὑπεῖπον τῇ ὑπαμοσίᾳ· οὕτω Δημοσθένης κατὰ Ὁλυμπιοδόρου. Eadem glossam habent, Harp. in v. ἀνθυπάμοσαν, Suidas cum nostro i. v. ἀνθυπαμοσίᾳ. Verum scribendum est ἀνθυπαμόσαντο, ut docet Demosth. κατὰ Ὁλυμπ. § 25: ὑπαμοσάμεθα ἡμεῖς τουτονὶ Ὁλυμπιόδωρον δημοσίᾳ ἀπειγαί στρατευόμενον, ὑπομοσέντος δὲ τούτου ἀνθυπαμόσαντο οἱ ἀντίδικοι.

*Αντιλαχεῖν.

Facile apparet verba codicis emendatione indigere: nemo enim ἀντιλαχχάνει τοῖς διαίτηταῖς sed τοῖς διώκουσιν, τῷ ἐλόντι πρὸς τοὺς διαίτητάς. Dabo exempla ex loquendi usu grammaticorum: legitur apud nostrum i. v. μὴ οὔσα δίκη, — τοῖς διώκουσιν ἀντιλαχχάνοντας τὴν μὴ οὔσαν. Vide Phot. μὴ οὔσα δίκη, — ἀντελάγχανον τῷ ἐλόντι αὐτῆν. Videtur ergo hic requiri pro διαίτηταῖς διώκουσι, licet causam corruptelae non perspiciam. In eandem suspicionem inciderunt Dobraeus et Nauckius. Particula καὶ ante verba οἱ ἔργματα etc. delenda est: saepius apud nostrum redundant ut infra i. v. δίκη in fine.

*Τπωμοσία.

Tota haec glossa demonstrat inveterata esse nonnulla codicum vitia. Confudit enim grammaticus noster, ut mox demonstrabo, voc. ἀπωμοσίᾳ et ὑπωμοσίᾳ, quod facile fieri potest propter leve discrimen, quod in codicibus inter praepositiones ἀπὸ et ὑπὸ intercedit. Literarum initialium series, quae ut in præfatione monui non nisi semel interrupitur palam ostendit grammatici ipsius hoc esse peccatum aut saltem eius, e cuius libro hoc lexicon conflavit. Demonstrabo nunc omnia, quae

leguntur ab initio usque ad verba ἐτέρως οὖν λέγεται etc. pertinere ad voc. ὑπωμοσία, simulque cetera vitia eximam. Initio scribendum est: μίαν μὲν ὅταν τις γράψηται νόμου παρανόμων. Necessario inserendum est pronomen τις, ter omissum, 1°. in fine huius ipsius glossae, ὅταν κρινόμενος quum scribat pro ὅταν τις κρινόμενος; 2°. i. v. εἰς δατητῶν αἴρεσιν in fine ubi legitur ὅταν μὴ θέλῃ; 3°. i. v. ἔνδειξις in verbis Φάσις δέ ἐστιν ὅταν Φαίνῃ etc. Recte idem quod initio legitur ad ὑπωμοσίαν refert Poll. VIII, 56: Ὁπωμοσία δέ ἐστιν, ὅταν τις ἡ ψήφισμα ἡ νόμου γραφέντα γράψηται ὡς ἀνεπιτήδειον. τοῦτο γὰρ ὑπομόστασθαι λέγουσι etc. Vide et Poll. VIII, 44. In verbis καταγνοὺς αὐτοὺς pro αὐτοὺς requiritur αὐτοῦ, scilicet τοῦ νόμου. Ἐξόμνυται enim παραλελογίσθαι καταγνοὺς τοῦ νόμου τὸ ἀσύμφορον, ut Aristides apud Plut. c. 3: πάλιν δὲ γράψας τινὰ γνώμην εἰς τὸν δῆμον, ἀντιλογίας οὕτης πρὸς αὐτὸν καὶ Φιλονικίας ἐκράτει μέλλοντος δὲ τοῦ προβόρου τὸν δῆμον ἐπερωτᾶν, αἰσθόμενος ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν τὸ ἀσύμφορον, ἀπέστη τοῦ ψηφίσματος. Emendationes, quas fecimus, confirmat Beck. An. 313, 8, ubi legitur recte i. v. ὑπωμοσία, δπόταν τις νόμον ὑπ' ἄλλου εἰσηγηθέντα γράψηται παρανόμων ἡ αὐτὸς δε εἰσηγησάμενος καταγνοὺς αὐτοῦ ἐξομόσηται παραλελογίσθαι. ὑπωμοσία δὲ ἐκλήθη, ὅτι δικυνύτες οἱ εἰσηγησάμενοι, μήτε ἐπ' ἀργυρίῳ τὸν νόμον θέσθαι μήτε κατὰ χάριν, ἀπελύοντο. Legitur locus Demosthenis § 103: καίτοι πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμορίῶν ἡ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους οἰεσθέ μοι διδόναι, ὅστε μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον τοῦτον, εἰ δὲ μή, καταβαλόντα ἐάν ἐν ὑπωμοσίᾳ. Vides et apud Demosthenem ὑπωμοσία esse scriptum, non ἀπωμοσία. Quae sequuntur κατὰ μίμησιν etc. eodem fere modo leguntur apud Harp. sed in voce ὑπωμοσία. Ipse noster, qui narravit rem ipsam dici ἀπωμοσίαν, nihilominus addit καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι λέγουσιν. Pro accusativis ἀποδημίαν, νόσον, ἄλλο

ti requiruntur dativi, quod forsitan non esset monendum nisi editor novissimus annotasset: „accusativi servari poterunt, si προφάσει χρώμενον in προφασίζομενον mutaris.” Sed cuinam hoc placebit collato loco Harp. ὑπωμοσίᾳ, τὸ ὑπερτιθεσθαι δίκην προφάσει χρώμενον ἀποδημίᾳ, οὐ νόσῳ, οὐ τινὶ τῶν παραπλησίων μεθ’ ὅρκου οὕτως ἐλέγετο, καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι. Adde, quod plus semel confudit noster accusativum et dativum, v. c. i. v. κυαμεύονται pro κυάμοις scripsit κυάμους; i. v. μὴ οὖσα δίκη, ἀντιλαγχάνουσι pro ἀντιλαγχάνοντας; i. v. ὁρσάγγης, παρὰ Πέρσας pro παρὰ Πέρσαις. Verba ultima ἀπωμοσίᾳ, ὅταν etc. eodem modo leguntur apud Hesych. i. v. ἀπωμοσίᾳ, ὅταν τις κρινόμενος σκήπτηται μὴ εὑσχολεῖν πρὸς τοὺς δικαστάς, ἀνθυπομύνῃ δὲ ὁ ἀντίδικος, καὶ περὶ αὐτοῦ τούτου προδικάζωνται. (Cod. προδικάζονται). Hinc nostrum emendavi: qui vero confusionis in hoc lexico Indicativi et Coniunctivi exempla quaerit, inspiciat glossas διαψήφισις et εἰσαγγελία. Hanc occasionem nactus, emendabo locum Pollucis, qui legitur VIII, 56: οὐδὲ ἀπωμοσίᾳ ἐγίγνετο παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων πρὸς τοὺς ἔξομνυμένους ἐπὶ προφάσει ἀρρωστίας οὐ ἀπουσίας. συνισταμένης δὲ περὶ τούτου δίκης, τὸ παρὰ τοῦ κρίνοντος ἔργον ἀπωμοσίᾳ καλεῖται. Si ἔξομνυνται ἐπὶ προφάσει ἀρρωστίας οὐ ἀπουσίας in iudicio rei (οἱ κρινόμενοι), aliis verbis, utuntur τῇ ὑπωμοσίᾳ, is qui ἀντιλέγει πρὸς τοὺς ἔξομνυμένους i. e. ὁ κρίνων, ἀνθυπόμνυται, ut res ipsa monet. Vide praeterea Demosth. κατὰ Ὀλυμπ. § 25, quem locum ascripsi supra i. v. ἀνθυπωμόσαντο. Qui vero ἀνθυπόμνυται, is utitur non τῇ ἀπωμοσίᾳ, sed τῇ ἀνθυπωμοσίᾳ, unde scribes apud Poll. l. c. οὐδὲ ἀνθυπωμοσίᾳ — τοῦ κρίνοντος ἔργον ἀνθυπωμοσίᾳ καλεῖται. Nunc ad nostrum revertor. Nunquam credam verum esse, quod cum Hesychio tradit ἀπωμοσίαν totam dici actionem, in qua reus ὑπόμνυται, actor ἀνθυπόμνυται. Neque in voce ἀπωμοσίᾳ aliud quid latere, sed

Hesychium et nostrum, ut solent epitomatores, omnia confusisse puto. Per totam hanc annotationem hoc egi ut demonstrarem pro ἀπωμοσίᾳ scribendum esse ὑπωμοσίᾳ. In tali confusione restat, ut quaeram, quid linguae rationi conveniat. Hanc vero postulare voc. ὑπωμοσίᾳ appetet: ἀπόμνυται enim is, qui prorsus aliquid facere recusat, quod et analogia et usus linguae demonstrant; verum in hac glossa perspicuum est agi de iureiurando, quo quid in posterum differtur, qua in re recte credo usurpatur praepositio ὑπό: i. v. ἀγχιστεῖς (vide supra) eodem modo confudit praepositiones ἀπὸ et ὑπό.

Ἀπρόσκλητος.

Idem fere legitur apud Hesych. i. v. et B. A. 199, 14: ἀπρόσκλητος δίκη, ἡ μὴ τυχοῦσσα τῶν καλουμένων κλητόρων κατὰ τὸν νόμον etc. Post κατὰ excidit articulus.

Ἀποστασίου δίκη.

Scriptum erat in codice, ni fallor, ut emendavi: ἀποστασίου δίκη, ἡ κατὰ τῶν ἀπελευθέρων οὖσα τῶν ἀφισταμένων τοῦ ἀπελευθερωτάντος. Sed vide, quid factum sit; in verbis ἀπελευθέρων οὖσα, duae literae ω̄ siglo scriptae evanuerunt, reliqua ἀπελευθέρων οὖσα in unum vocabulum ἀπελευθεροῦσα coaleverunt. Quae vero nunc legebantur κατὰ τῶν ἀπελευθεροῦσα τῶν ἀφισταμένων ne grammaticus quidem concoquere poterat, sed paratum est remedium: verba τῶν ἀφισταμένων collocat ante ἀπελευθεροῦσα, e duobus articulis τῶν omittitur alter, et nata est lectio, quam nunc invenimus. Post δίκη inserui ἡ: conf. Hesych. i. v. ἀποστασίου δίκη, ἡ κατὰ τῶν ἀπελευθέρων, δίκαι (Cod. δτε) ἀποστᾶσιν τῶν ἐλευθερωσάντων.

Ἄργιλας δίκη.

Certatim editores verba corrupta ἔάν τις ἀλῷ τίσαι: ἀν δ' ἀπαξ emendarunt, coll. Poll. VIII, 42: τῆς δ' ἀργιλας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα, ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρίς τις ἀλῷ ἤτιμοῦτο. Fons erroris quod litera ε in parti-

cula ἐὰν corrupta est in αι. Verum non est scribendum, quod Dobraeo Nauckioque placuisse video, ἐάν τις ἀλῷ τρις sed ἐὰν τρὶς ἀλῷ τις; voc. τρὶς habet emphasis, igitur statim post ἐὰν collocari debet, ut recte Pollux l. c. εἰ τρίς τις ἀλόη. In verbis ultimis ζημιοῦσθαι δραχμὰς ἐκατὸν dativum pro accusativo substitui (vide supra i. v. ὑπωμοσία), qui in talibus usurpari soleat, v. c. apud ipsum nostrum i. v. ἐπιβολή. ἔξεστι τοῖς ἄρχουσιν ἀργυρίῳ ζημιοῦν τοὺς ἀμαρτάνοντας κ. τ. λ. Quae verba hic citantur ex oratione Lysiae κατὰ Ἀρίστωνος („cuius orationis memoria hoc uno loco nititur.” Nauck.) eadem fere Diog. Laërt. Sol. VII, affert ex eiusdem oratione κατὰ Νικοῦ vid. καὶ δὲ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. Λυσίας δὲ ἐν τῷ κατὰ Νικίου Δράκοντά Φησι γεγράφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. Uter recte non liquet.

Ἄτιμη τος δίκη.

Pro τοσοῦτον requiritur τοσούτου. Dein expunxi ἐλάττονος, quod quis ignarus significationis verbi ὑποτιμήσασθαι addidit. Nil enim aliud significare potest ὑποτιμήσασθαι nisi τιμήσασθαι ἐλάττονος. Vide Xenoph. Apol. 23: πρῶτον μὲν γὰρ κελευθεροῦσθαι (δὲ Σωκράτης) οὕτε αὐτὸς ὑπετιμήσατο οὕτε τοὺς φίλους εἴπατεν, ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν δτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι δημολογοῦντος εἶη ἀδικεῖν. Confirmantur duae emendationes verbis Pollucis VIII, 63: ἀτίμητος δὲ δίκη, ἢν οὐκ ἔστιν ὑποτιμήσασθαι, ἀλλὰ τοσούτου ἐπιτετίμηται, ὅσου ἐπιγέγραπται.

Ἄτοπον.

Thom. Mag. ἄτοπον, οὐ μόνον τὸ ἄλογον, ἀλλὰ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. Πλάτων ἐν Φαίδωνι ὡς ἄτοπον ἔφη, ὡς ἄνδρες, ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο. (p. 60. b.).

Βιαίων δίκη.

Emendata est glossa e schol. in Plat. p. 464. e. ubi eadem fere leguntur. Apud schol. Plat. pro σχολαστικαῖς est σχολικαῖς. Annotat Nauck. „σχολαστικαῖς ed. Dobraeus, σχο-

„λικαῖς Meier cum Schol. Plat. idque ipsum C. praebere
„videtur.”

Διαδικασία.

„Pessima glossa, quippe quae διαδικασίαν, quae sane non-nunquam ἐπίκρισις erat τοῦ ἐπιτυδείου πρὸς λειτουργίαν (Et. M. Suid. Hes.), id est locum etiam tum habebat, ubi ad χορηγίαν vel τριηράρχίαν qui vocati essent, id oneris in alios potius convenire contendebant, eam igitur confundat cum δοκιμασίᾳ sive cum iudicio quod apud Athenienses omnes pati debabant, quicunque vel suffragiis vel sorte magistrum populi Attici cepissent.” Meier. Nemo credo intelligit, quid sibi velint verba οὐ τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς τριηράρχαις ποιοῦνται ὃν δεῖ τριηράρχειν, ὅτῳ προσήκει μᾶλλον. (vid. Suid. διαδικασία ἔστιν οὐ ποιοῦνται τινες τοῖς μέλλουσι χορηγεῖν, οὐδὲ ὃν δριτόνυχι βούλωνται, πότε χρὴ λειτουργεῖν αὐτούς.); alteram, δοκιμασία ἔστιν οὐ ποιοῦνται ὃν δεῖ ἄρχειν. Tali modo saepius loquitur noster, v. c. i. v. διαμαρτυρία ἔστιν οὐ τῶν κλήρων ἀντιποιούμενοι γράφονται. Coniunctis igitur duabus illis glossis scripsit in v. διαδικασία ἔστιν οὐ τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς τριηράρχαις ποιοῦνται ὃν δεῖ ἄρχειν οὐ τριηράρχειν. Deinde addit τὸ δ' αὐτό ἔστι καὶ δοκιμασία. Nunc demum intelligimus cur addita sint verba τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς τριηράρχαις. Infra i. v. εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν idem fere fecit, sed illic non omnino falsum est quod tradit. Licet causam corruptelae mihi perspexisse videar, nolui tamen quidquam mutare: nil enim novi docet nos glossa neque ipsa verba grammatici praestare possum.

Γραφή.

Quae hic de voc. ἐπιγραφὴ leguntur nullam probabilem efficient sententiam, nisi mecum particulam οὐ, quae legitur

ante verba ἐν τῷ δικαστηρίῳ collocaris ante Ἰδίουν. Dein necessario requiritur pro dat. ἐπιχωρίῳ acc. ἐπιχώριον, vide supra i. v. ὑπωμοσία. Si quis enim qualemcumque ob causam in alio loco, seu in patria, seu alibi iudicium vellet haberi, quam ἐν τῷ Ἰδίῳ, ἐν πόλει, ἐν τῷ δικαστηρίῳ i. e. eo ipso loco, quo vulgo iudicium haberi solebat, necesse erat huius loci nomen subscriptioni addi. Nusquam huius rei diserta fit mentio, nisi fortasse pertinet ad δίκαιος ἐπικλήτους, qua de re videtur etiam Dobraeus cogitasse, qui attulerit Poll. VIII, 57, 63. Prior locus hoc non videtur facere: quae in posteriore leguntur, multo uberius exponit Schol. in Aesch. I, 89. Videtur haec causa fuisse erroris, quod quum vidisset scriptum, ut emendavi: ἐπιγραφὴ — η Ἰδίου ἐν πόλει, ἐν τῷ δικαστηρίῳ, η ἐπιχώριον, οἷον Φαληροῦ, η ἐτέρωθι, non cepit homo priorem η copulam esse comparativam, duas posteriores disiunctivas, sed omnes tres esse disiunctivas credidit. Nunc in promptu erat ante verba ἐν τῷ δικαστηρίῳ inserere η et acc. ἐπιχώριον solum inter quatuor dat. positum, in hunc mutare casum. Adde, quod propter confusionem literarum η et ι, ante Ἰδίου facilime potuit evadere particula η.

Δεκάζειν.

Legitur locus Aeschinis I, 87: ἀπασα δῆπου ἀνάγκη ην ἐκ τοῦ λόγου τούτου μαρτυρεῖν τὸν μέν, ὡς ἐδέκαζε, τὸν δέ, ὡς ἐδεκάζετο, προκειμένης ἐκπατέρῳ ζημίας ἐκ τοῦ νόμου θανάτου. Apud Aeschinem hoc loco δεκάζειν esse idem atque παρακρούεσθαι i. e. Φενακίζειν, ἐξαπατᾶν falsum est: habet hic suam notionem corrumpendi iudices, ut recte Schol. ad loc. cit. δεκάσαι ἐστὶ τὸ διαφθεῖραί τινας χρήμασι παραδικάσαι η τι τοιοῦτον ποιῆσαι.

Διάγραπτος δίκη.

„Iusto arctior ea enarratio, διάγραπτος enim omnis et actio „et accusatio dicebatur, quae ab magistratu recepta primum

„et dein reiecta esset, quacunque ex causa factum esset, ut reiiceretur; neque enim ea in re παραγραφή victrix plus valebat quam reliquae causae.” Meier. Cum nostro facit Poll. VIII, 57, qui hinc emendari potest: dicit enim, ἀγραπτος δὲ δίκη ἐκαλεῖτο ή ὑπὸ τῆς παραγραφῆς ἀναιρεθεῖσα καὶ διαγραφεῖσα. Statim vides pro ἀγραπτος esse scriendum διάγραπτος.

Διαγράφη.

Coniunctio καὶ initio demonstrat hanc glossam ex uberiore esse transscriptam, omissis nonnullis verbis, quae leguntur apud Zon. et in Lex. Vindob. i. v. διαγραφή, ή διατύπωσις τῶν μετάλλων δηλοῦσα μετὰ γραμμάτων, ἀπὸ ποίας ἀρχῆς μέχρι πόσου πέρατος πιπράσκεται. Quae supersunt eodem fere modo leguntur apud Zon. Suid. Lex. Vindob. Pro τυχόντος inserui τοῦ: omittunt etiam Suid. Zon.; in Lex. Vind. duo vocabula τοῦ τυχόντος evanuerunt. Pro τυχόντος Hemsterhusius in Thom. Mag. p. 212 emendat τοῦ ἀρχούτος, quod mihi non admodum placet. Διαγράφεται enim η δίκη κατὰ συγχώρησιν τοῦ διώκοντος aut si res, antequam in iudicium venit, permittitur arbitrio, qui non magistratus est sed δ τυχόν, qui et actori et reo placet. Verba ultima λέγεται διαγράφη etc. usque ad finem paullo uberioris leguntur apud Suid. i. v. διαγραφή, vid. καὶ τοῦτο ἐπὶ Ιουστιανοῦ ἐγένετο ζημίαις πολλαχῖς καθυποβάλλεσθαι τὴν πόλιν. Idem fere Zon. Exempla huius usus verbi διαγράφεται ignota mihi sunt.

Διαψήφισις.

Pro ἐγγεγράφθαι legendum censeo παρεγγεγράφθαι, nam non δοκοῦσιν ἐγγεγράφθαι sed εἰσὶν ἐγγεγραμμένοι; dein oritur suspicio ne nomina falso in civium tabulas relata sint, δοκοῦσιν igitur παρεγγεγράφθαι. Sed videte quid factum sit: verbum παρεγγεγράφθαι ignotum erat grammatico, quod patet e voce ΣΦΥΓΓΤΙΟΣ, ubi παρέγγραφος abiit in ἀγραφος ut apud Pho-

tium in eadem voce in ἔγγραφος. Omissa igitur praepositione παρὰ scripsit, ὅταν συνελθόντες κατὰ δῆμον οἱ δημόται ψῆφον Φέρωσι κατὰ τῶν δοκούντων ἐγγεγράφθαι, non curans quam nihil hoc loco esset τῶν δοκούντων ἐγγεγράφθαι. Confirmatur emendatio testimonio Poll. VIII, 64: διαψήφισις δ' ἦν, τὸ τοὺς δημότας τὴν ψῆφον ὑπὲρ τῶν παρεγγεγράφθαι δοκούντων ἐνεγκεῖν. Idem Schol. in Plat. p. 855, c.

In verbis καὶ μὴ ὄντων Ἀθηναίων delenda est coniunctio καὶ. Quid enim significant verba ὅταν ψῆφον Φέρωσι κατὰ τῶν δοκούντων παρεγγεγράφθαι nisi hoc: quum ferunt suffragium de iis, qui videntur esse Athenienses, quum nomina eorum in civium tabulas relata sint, sed non sunt; Graece, κατὰ τῶν δοκούντων εἶναι Ἀθηναίων καὶ μὴ ὄντων: itaque non potest addi: καὶ μὴ ὄντων Ἀθηναίων. Recte vero sententia sese habebit, si subiungis: quum sint ξένοι, non Athenienses, Graecē: κατὰ τῶν δοκούντων παρεγγεγράφθαι μὴ ὄντων Ἀθηναίων. Eodem modo Harpoer. i. v. διαψήφισις dicit: διαψήφισις. Ιδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων, αἱ γίγνονται περὶ ἐκάστου τῶν δημοτευομένων, εἰ τῷ ὄντι πολίτης καὶ δημότης ἐστὶν ἡ παρεγγέγραπται ξένος ἀν. i. e. quaeritur, utrum revera civis sit an iniuria nomen eius in civium tabulas relatum sit, quum sit ξένος. Editores proposuerunt, Meierus: ἐγγεγράφθαι μὴ ὄντων, Nauckius: παρεγγεγράφθαι καὶ μὴ ὄντων. Uterque igitur dimidiā partem verae lectionis reperit. Doleo quod demum vidi ita esse emendanda codicis verba κατὰ τῶν δοκούντων ἐγγεγράφθαι καὶ μὴ ὄντων Ἀθηναίων, quum prior pars huius libelli iam typis expressa esset: antea enim mihi placuit, κατὰ τῶν δοκούντων παρεγγεγράφθαι, omissis verbis καὶ μὴ ὄντων Ἀθηναίων. Dies diem docet.

Διαμαρτυρία.

Recte Nauckius pro voc. δι' ἥς, αὐτοῦ et διαμαρτύρηται, quae in codice leguntur, correxit δι' ἦν, αὐτοῦ et διαμαρτύ-

ρεται. Ad verba καὶ ὅτι τὸ ὄνομα ὁποῖον ἔτοιμον annotat „verba corrupta.” Nullam video corruptelam: dixit grammaticus: τὸ ὄνομα (διαμαρτυρία) τοῦτον ἔστι, ὁποῖόν ἔστιν ὄνομα ἔτοιμον i. e. hoc vocabulum tale est, quale est vocabulum statim paratum, si rem tantummodo audiveris. Alia de vocis significatione tradidit Harpocr., vide i. v.

Δίκη.

Rectius initio locutus esset grammaticus, si scripsisset δίκην δοῦναι τὸ ἐκτίσαι τιμωρίας λέγεται, sed nil mutandum arbitror; saepius enim ita abrupte loquitur v. c. paullo ante i. v. δίκυρχον, — λέγεται δίκυρχον καὶ τὸ καθυποβάλλεσθαι ζημίας πολλαῖς. Prima significationis exemplum est apud Hesiod. "Εργ. κ. Ήμ. 239: τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύσπα Ζεύς. Vide Et. M. i. v. De iis quae sequuntur novissimus editor annotat „verba desperata.” Mea vero sententia in integrum possunt restituiri. Si enim attente glossam perlegeris, suspicio tibi orietur, partem priorem ad δίκην referri debere; posteriorem vero, inde a verbis ὑπὲρ δὲ τῶν etc. pertinere ad γραφήν. Confirmatur haec suspicio testimoniis grammaticorum, vide v. c. Zon. δίκη, ἡ ὑπὲρ ιδιωτικῶν ἀδίκημάτων συνισταμένη κατηγορία, καὶ ἡ τὸ τίμημα ὥρισται τοῖς νόμοις, Beck. An. 241, 6. δίκη τι ἔστι· δίκη ἔστιν, ἡν ὑπὲρ ιδίων ἀμαρτυμάτων οἱ βουλέμενοι ἴστανται πρός τινας, καὶ ἡ τὸ ἐπιτίμιον ὥρισμένον ἔστι τοῖς νόμοις. Cum hisce duobus vides nostrum paucis mutatis initio conspirare. Quod vero ad posteriorem partem attinet, legitur apud Beck. An. 226, 27: Γράφη· δίκης ἔνομα, καθ' ἡν ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀλλήλους γράφονται, καὶ ἀλόντος τοῦ διωκομένου τιμῆς τὸ δικαστήριον, δ τι χρὴ παθεῖν ἡ ἀποτίσαι. Ecquae dubitatio superesse potest verba nostri etiam ad γραφήν referenda esse, quam in fine ambo plane isdem verbis utantur, initio paululum dissentiant? Qua re semel constituta facilis nostri est

emendatio insertis verbis γραφή. δημοκα δίκης. Plane simile vitium commissum est infra i. v. προβολὴ. Excerptserat hanc glossam ex uberiore, ubi de discriminē inter voc. προβολὴ et Φάσις agebatur: in glossa contracta voc. Φάσις excidit, unde et ea, quae pertinent ad voc. Φάσις falso referuntur ad voc. προβολὴ.

Διωμοσία.

Nauckius suadente Meiero addidit post ἐκουσίων voc. Φόγων, male ut mihi quidem videtur. Apparet enim ex explicatione vocis διωμοσία, eam tantummodo locum posse habere, si quis quid sciens sua sponte commiserit. Sin vero ἄκων commisit sive Φόγον sive aliud crimen, non potest δημονύναι ὡς οὐκ ἀν ἔνοχος διώκεται, sed contra contendit commisisse quidem se crimen, verum invitum ideoque vitio hoc sibi non esse vertendum. Recte igitur in universum dixit grammaticus, περὶ τῶν ἐκουσίων.

Εἰσαγγελία.

Nomen iurisconsulti Κακικιλίου, ter a nostro commemorati, nusquam sine labe evasit. In hac glossa abiit in Κικίου (de confusione literarum λι et ν vide Cobet. Novae Lect. p. 282) et in Κακεῖ, postea i. v. προβολὴ in Κεκύλιος. Emendavit Dobraeus. Schneidewin in edit. Hyperidis p. 43 ε Κακεῖ fecit κάκεῖνος, sed litera maiuscula, qua Κακεῖ in codice scriptum est, satis demonstrat nomen proprium desiderari. Tempora verborum, quae suspensa sunt a particula ἐὰν ad unum modum et unum tempus sunt reducenda. Nulli ex editoribus placuit verbum νικοῖν, quod hoc loco satis absurdum sit. Dobraeus οίκοιν, Meier μισθοφορῆ, Nauckius οίκη, Lugebil μετοικῆ. Ultimum non unam ob causam verum esse puto. Duobus praeterea testimoniis imprimis nituntur ea, quae nobis περὶ τῆς εἰσαγγελίας innotuerunt. Primum obtinet locum Hyperidis ὑπὲρ Εὐξενίππου εἰσαγγελίας ἀπολογία πρὸς Πολύευκτον, ubi

ipsa verba τοῦ εἰσαγγελτικοῦ νόμου ponuntur, vid. Col. XXII, 20, XXIII, 2. (utor editione Teubneriana), ἐάν τις τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καταλύῃ — ἢ συνίῃ ποι ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου ἢ ἑταιρικὸν συναγάγῃ, ἢ ἐάν τις πόλιν τινὰ προδῷ ἢ ναῦς ἢ πεζὸν ἢ ναυτικὴν στρατιάν, ἢ βῆτωρ ὃν μὴ λέγῃ τὰ ἄριστα τῷ δῆμῳ τῷ Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνων (quibus postea Col. XXXIX addit) καὶ δωρεὰς παρὰ τῶν τάναυτία πραττόντων τῷ δῆμῳ. Alter locus legitur apud Poll. VIII, 51—53, qui ex eiusdem Theophrasti libris περὶ νόμων se hau-sisse fatetur. Ascribam ea, quae hoc faciunt: 52 ἐγίγνοντο δὲ εἰσαγγελίαι καὶ κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον βῆτόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δῆμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων Φρούριον ἢ στρατιὰν ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ νόμων. Hinc noster potest suppleri: quod Pollux pro χωρίον habet Φρεύριον non movet me ut cum Meiero apud nostrum idem voc. scribam, quum utrumque saepe idem significet neque liqueat, utrum scripserit Theophrastus. Quae apud Hyperidem leguntur multum faciunt ad aestimandam fidem, quae nostro sit habenda. Vides cum in plurimis consentire, sed plerumque brevius esse locutum, ut fere per totum fragmentum solet. Initio et noster et Pollux minus accurate videntur esse locuti. Prior enim pars τοῦ εἰσαγγελτικοῦ νόμου pertinet ad omnes Athenienses, posterior ad solos βῆτόρας, quod diserte ipse Hyperides dicit post ipsa verba legis l.c.: τὰ μὲν ἄνω τοῦ νόμου κατὰ πάντων τῶν πολιτῶν γράψαντες — τὸ δὲ τελευταῖον κατ' αὐτῶν τῶν βῆτόρων. Debebat igitur noster: ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον, ἢ βῆτωρ ὃν μὴ τὰ ἄριστα συμβουλεύῃ etc. Eodem modo Pollux. Verba corruptissima εἴτε Θεμιστοκλέα — Ἀγραυλῆθεν emendavit Cobetus. Variae Lect. p. 169; eadem proposuit Dobraeus, nisi quod non κατὰ sed ὡς ante Κράτερον inseruit, quod mihi non praferendum videtur, quum multo facilius κατὰ

quam ὡς hoc loco evanescere potuerit. Postea Dobraeus sententia mutata maluit: εἴγε (vel εἴπερ) Θεμιστοκλέα εἰσήγγειλεν, ὡς Κρ., sed decantatae illae δεύτερης Φροντίδες hic quidem non videntur fuisse σοφώτεραι. Idem Λεωβάτης mutavit in Λεωβότης, sed sincera nominis forma est Λεωβάτης, ut demonstravit Cob. Var. Lect. l. c. Nomen Crateri in codice male δξυτονεῖται: res enim est satis nota, adiectiva quae fiant nomina propria, retrahere accentum.

Perspicuum est quid significant verba: ἔνιοι δὲ τῶν — εἰσαγγελίαν, nempe: ἔνιοι — εἰάθεσαν λέγειν καὶ ἐπὶ τῶν μὴ μεγάλων ἀδικημάτων εἰσαγγελίαν. (Conf. Poll. VIII, 53 et Harpocr. i. v. in fine: locus posterior merito potest addi iis, e quibus potissimum scimus quid sit ἡ εἰσαγγελία, quod modo monere neglexi.) Nolui tamen quidquam mutare, quum versemur in vicinia loci corruptissimi, qui sequitur, scil.: ἔστι δ' ὅτε — εἰσήγγελλον, cuius sententiam non perspicio. Qui simul atque correctus est, constare potest de lacuna ante verba ὡς μὲν Φιλόχορος etc. Huc pertinent verba Poll. VIII, 53: χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα τὰς εἰσαγγελίας ἐκρινοῦν· κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα καὶ πρὸς πεντακόσιοι. Unde Meierus annotat: „Philochorus, quod mille iudices de εἰσαγγελίαις iudicasse scripsit, ad veterem Solonis legem, Demetrius, quod mille quingentos iudices in illis accusationibus sedisse tradidit, ad morem postea, nescio quando, introducendum respexisse putandus est.” In ultimis verbis σοφῶν in σοφιστῶν emendatum est e coll. Schol. Plat. 565. c., ubi eadem paullo uberioris recurrent.

Εἰς δατητῶν αἴρεσιν.

Pro verbis corruptis ἀλλ' εἴ τις καὶ recte emendavit Dobraeus ἀλλαι τε καὶ. Quae sint illae ἀλλαι δίκαι videre licet apud Poll. VIII, 89. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν (τὸν ἄρχοντα) λαγχάνονται κακώσεως, παρανοίας, εἰς δατητῶν αἴρεσιν, (in

novissima editione Beckeri absurde legitur, εἰς διατητῶν αἴρεσιν: idem vitium commissum est Beck. An. 235, 26.) ἐπιτροπῆς δρΦανῶν, ἐπιτρόπων καταστάτεις, κλήρων καὶ ἐπικλήρων ἐπιδικασίαι. Post ὅταν omissum est pronomen τις: vide supra i. v. ὑπωμοσία. Initio scribendum εἰς διατητῶν αἴρεσιν, ut infra recte legitur.

"Εκκλητον.

Leguntur verba Euripidis. Όρέστ. 611: μολὼν γὰρ εἰς ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον. Pro μολὼν et ὄχλος irrepserunt apud nostrum glossemata ἐλθὼν et λαός. Sedulo enim lexicographi μολὼν explicant per ἐλθών, ὄχλος per λαός. Primus mihi ad manus est Zonaras, igitur dabit testimonium; habet i. v. ὄχλος, ὁ συνεστραμμένος λαός. Vocabulum Ἀργείων plane abiit.

"Ἐνδειξις.

Respicitur hac in glossa illa ἔνδειξις, quae est κατὰ τῶν δφειλόντων μὲν τῇ πόλει, πολιτεύεσθαι δὲ διαχειρούντων (conf. Schol. Dem. p. 603, 17, ed. Dindorf.), quod satis appetet ex allato exemplo Aristogeitonis, quem Demosth. κατὰ Ἀριστ. A, 4, dicat: δφείλουτα τῷ δημοσίῳ καὶ ἕγγεγραμμένου ἐν ἀκροπόλει, οὐκ ἔξὸν αὐτῷ, λέγειν. Tali de ἔνδειξι dicit Poll. VIII, 49: ἔνδειξις δ' ἦν πρὸς τὸν ἀρχοντα δμολογουμένου ἀδικήματος, οὐ κρίσεως, ἀλλὰ τιμωρίας δεομένου. Totus enim populus audit eos in comitiis εἰπόντας: igitur res ipsa, propter quam ἔνδεικνυνται in dubium vocari nequit, Graece: τῇ μὲν ἔνδειξει i. e. ipsi facto, propter quod ἔνδεικνυνται, οὐ δύναται ἀντιλέγεσθαι. Vide, quae de confusione accusativi et dat. supra i. v. ὑπωμοσία disputavi. Idem voluit Dobraeus, quum proposuerit: δτι πρὸς τὴν ἔνδειξιν οὐ δύναται ἀντιλέγεσθαι, sed mea emendatio propius accedit ad textum: utrumque enim dicitur, et ἀντιλέγω πρὸς τινα et ἀντιλέγω τινι, v. c. Xenoph. Comm. 4, 6, 13. εἰ τις αὐτῷ περί του ἀντιλέγοι. Plura dabit exempla

Stephani Thes. i. v. Verba corrupta δὲ φάσκων οὐκ ὀφείλει recte Dobraeus mutavit in φάσκων οὐκ ὀφείλειν, insertis ante φάσκων verbis ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, quae iure hic desiderentur. Vides, quod modo efficere sum conatus, Aristogitonem non negare se esse concionatum, sed iure id se fecisse contendere, quippe qui nil aerario deberet. Post δρΦανικῶν addidi σῖκων (quod ideo moneo, quum editor novissimus hanc vocem, iam a Dobraeo Meieroque insertam, in textum non receperit), primo quod manifesto loquitur περὶ σῖκων, secundo quod idem addunt Harp. et Phot. ubi eadem leguntur i. v., tertio quod post δρΦανικῶν facillime excidere potuit.

"Ἐνη καὶ νέα.

Immerito editores sollicitarunt verba: τὴν δὲ ἐξῆς — πρῶτον δλόκληρον, quae primo obtutu non admodum perspicua, sanissima sint. Dobraeus enim haec annotat: „an legendum ἡ πρώτην· vel οὗπερ τὸ δλόκληρόν ἔστι νεομηνίαν· conf. Harp. v. ἀγυιᾶς.” Qua de conjectura Nauckius dicit: „non probare ausim has conjecturas neque habeo, quomodo vitium loci tollam.” Videtur igitur locus potius explicatione quam emendatione indigere. Narrat autem grammaticus, diem post τὴν ἔνην καὶ νέαν dici νουμηνίαν: at mensis iam priore die incepérat: ita, sed nondum totus dies ad novum mensem pertinebat, pars veteris erat mensis: κοινὴ ἐγένετο τῶν δύο μηνῶν. Dies post τὴν ἔνην καὶ νέαν primum δλόκληρος (iustus) est, i. e. non ex parte, sed totus ad novum mensem pertinet. Prioribus quidem mensibus sat multi dies δλόκληροι fuerant, sed novi mensis hic dies primum δλόκληρos erat: igitur addit: τοῦτ' ἔστι τοῦ νέου μηνός. Sic enim in fine legendum est protoῦτ' ἔστι νεόμηνον. Quod in verbis καὶ κατὰ τὸ ἐξῆς δὲ δευτέραν etc. pro δευτέρᾳ legitur δύο, error in scriba satis facilis est, si utrumque vocabulum una litera β scribitur. Post verba τρίτην ἐπὶ δέκα manifesto lacuna est: caret pronomen ἵν, quod

sequitur, substantivo quo recte referri possit. Explavi eam e collatione loci simillimi, qui paullo ante legitur: τὸ δὲ ἔξῆς τρίτην ισταμένου καὶ τετάρτην καὶ ἀναλόγως μέχρι τῆς δεκάδος. (Meier supplevit ἔως τῆς δεκάτης). In codice pro ἐπὶ τὸ ἔλαττον est ἐπὶ τῶν ἔλαττονι. Annotat Nauckius: „ἐπὶ τῶν ἔλαττονι Meier. videtur alia medela requiri.” Legendum est: ἐπὶ τὸ ἔλαττον: quemadmodum enim apud Thuc. I, 10. ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμῆσαι significat, ita κοσμεῖν ut res sensim fiat maior, sic ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἀριθμεῖν nil aliud est nisi ita numerare, ut gradatim a maioribus numeris ad minores transeas, quod hoc loco fit: ἐνάτη, δυδόν, καὶ τὰ ἔξης. In verbis ἦν ἐνοτε μὲν δροῖσις etc. — πρώτην καλοῦσι maius latet vitium, quod apparebit, si primum breviter exposuero, quid aliunde innotuerit de nominibus, quibus ab Atheniensibus ultimi mensis dies dicti sunt. Reperio apud Demosth. XIX, 59 hunc ordinem dierum: εἰκάς, ὑστέρα δεκάτη, ἐνάτη, δυδόν — (§ 60 pergit) ἐβδόμη, ἕκτη, πέμπτη, τετράς. Deinde legimus apud Aristoph. Nub. 1131:

πέμπτη, τετράς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα,
εἴθ' ἦν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι,
εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἔνη τε καὶ νέα.

Hinc videmus hanc fuisse seriem dierum in posteriore parte mensis: εἰκάς (20), ὑστέρα δεκάτη (21), ἐνάτη (22), δυδόν (23), ἐβδόμη (24), ἕκτη (25), πέμπτη (26), τετράς (27), τρίτη (28), δευτέρα (29), ἔνη καὶ νέα (30). Scholia ad locum Aristophanis citatum longiora sunt, quam quae transscribam. Plus semel illie series dierum exponitur, sed pariter ubique traditur τὴν εἰκοστὴν δευτέραν dici ἐνάτην Φθίνοντος et igitur τὴν εἰκοστὴν ἐνάτην appellari δευτέραν Φθίνοντος. Dies vicesimus primus dicitur igitur ὑστέρα δεκάτη, ut tradunt pariter Phot. i. v. ὑστέρα δεκάτη, ἡ ἐξ εἰκάδος ἡμέρα καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττι-

κῶν, ἦν ἡμεῖς πρώτην καὶ εἰκάδα καλοῦμεν, et Hesych. δεκάτη προτέρα, ἡ πρὸ εἰκάδος, ὡς ὑστέρα ἡ μετ' εἰκάδα. Postea hoc nomen in oblivionem abiit. Narrant Schol. Arist. l. c. diem vicesimum primum dici δεκάτην Φθίνοντος, quod nomen grammatici videntur ἀναλόγως huic diei dedisse. Uno loco apud Schol. Arist. voc. ὑστέρα δεκάτη restituendum est, videlicet p. 126, 51 (ed. Didot.) ubi legitur: τὴν δὲ εἰκάδα πρώτην ὑστέραν εἰκάδα. In Annotationibus p. 445 ad hunc locum legitur: „Suidas (i. v. ἔνη καὶ νέα) — τὴν δὲ καὶ ὑστέραν δεκάδα. Ald. δεκάδα. Dindorfius. Corrigo ὑστέραν εἰκάδα. Sic vicesimum primum mensis diem vocari dicit, opus positam cogitans τὴν μεγάλην εἰκάδα, quo nomine vicesimum diem esse appellatum traditur in scholio superiore l. 24 „et Florentino in annotatione ad l. 9 posita.” Verum non est restituendum ὑστέραν εἰκάδα, sed ὑστέραν δεκάτην πρότεραν δεκάδα.

Quibus expositis videamus, quid noster tradat. Narrat diem primum post τὴν εἰκάδα dici ἐνάτην Φθίνοντος: hinc pergit, ita ut diem vicesimum nonum dicat πρώτην Φθίνοντος. Supra vero ostendi in mense 30 dierum, de quali hic est sermo, diem vicesimum nonum semper dici δευτέραν Φθίνοντος, diem vicesimum secundum ἐνάτην Φθίνοντος. Dein neino praeter nostrum tradit diem vicesimum etiam dici δεκάτην δευτέραν. Postremo in verbis ἔως τῆς πρώτης, ἥτις ἔστιν ἐνάτη καὶ εἰκάς, ἦν τινες πρώτην καλοῦσι, ultima ἦν τινες πρώτην καλοῦσι non recte sese possunt habere. Si enim dies vicesimus nonus dicitur ἡ πρώτη, non potest addere ἦν τινες πρώτην καλοῦσι, sed aliud nomen nescio quod debet commemorare. Proposuit Dobraeus pro ἦν τινες, ἥντινα, sed sic nil melius verba intelliguntur. Vides igitur nostrum in parte posteriore glossae graviter errasse: conabor indagare, quae erroris fuerit causa. Nomen diei vicesimi primi ὑστέρα δεκάτη, postea ut

monui in oblivionem abiit. Inde putavit noster diem vicesimum non solum dici εἰκάδα, sed etiam δεκάτην ὑστέρην, quod facile corrumpitur in δεκάτην δευτέραν. Pergit et diem vicesimum primum dicit ἐνάτην Φθίνοντος, diem vicesimum nonum πρώτην Φθίνοντος et sic omnia confundit. Nolui tamen quidquam mutare; satis sit indicasse nullam ei fidem esse habendam. In codice pro μετὰ τὴν εἰκάδα legitur μετ' αὐτὴν εἰκάδα eodem modo, quo postea i. v. μὴ οὖσα δίκη pro ἐπὶ τὴν κυρίαν τῆς διαίτης ἡμέραν scripsit ἐπὶ τὴν κυρίαν αὐτῆς διαίτης ἡμέραν. Quod in fine tradit: τὰς μετὰ τὴν εἰκάδα ἡμέρας dici ἀποφράδας παρόσον ἀποπέφρακται τὸ σελήνης φῶς ἐν αὐταῖς, satis ridiculum est. Quis enim sibi persuadebit, dies ἀποφράδας et lunam quidquam inter se habere commune. Res est obvia, duci hanc explicationem ex absurda etymologia voc. ἀποφράδας.

Ἐπιγγέλλειν.

Legitur locus Aeschinis § 2. ἐπήγγειλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν ταυτηνί.

Ἐπιτολή.

Conf. Lobeck in Phryn. p. 124 seqq.

Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν.

Narrat grammaticus in Beck. An. p. 312, 31. ὑφίγησις — δταν τῶν δημοσίων τι κατέχειν δοκῇ τις κρύφα. Hanc ipsam actionem, quam grammaticus Beck. ὑφίγησιν, Phot. ἐφίγησιν dicit, respicit noster, ubi dicit: ή δὲ αὐτὴν καὶ ἐφίγησις λέγεται. Recte enim δίκη εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν datur, δταν τῶν δημοσίων τι κατέχειν τις δοκῇ κρύφα: alias enim haec actio competit, quando quis ab altero rem privatam, de qua est controversia, v. c. hereditatem aut rem furtivam exhiberi vult. Licet ergo sensum verborum ή δὲ αὐτὴν καὶ ἐφίγησις λέγεται perspiciamus, male tamen est locutus: debebat tale quid: „si agitur de re publica exhibenda, haec ipsa actio dicitur ἐφίγησις.” Habemus igitur unius vocis hasce tres formas:

ἀφίγησις (noster), ἐφίγησις (Phot.), ὑφίγησις (Beck. An.), e quibus ἐφίγησις forma genuina est. In voce ἐπώνυμος ἄρχων eodem errore pro praepositione ἐφ- scrispsit ἀφ-, et i. v. πρόστιμον pro ἐφηγεῖσθαι legitur ὑφηγεῖσθαι. De confusione ἀφηγεῖσθαι et ἐφηγεῖσθαι vide sis Poll. VIII, 50. ed. Hemst. ibique notam. Hanc occasionem nactus emendabo alium locum, qui de hac actione exstat apud Miller. Mélanges de littérature Grecque. Paris. 1868. pag. 103, 104, quum memorabilis habeat exemplum corruptelae. Legitur autem: Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν καὶ ἔξ ἀφανῶν καταστάσεως· ὅνομα δίκης ἐστὶν ἦν ἐποιοῦντό τινες ἀπολέσαντές τι τῶν ἰδίων καὶ γνωρίσαντες. ἡνάγκαζον δὲ διὰ τῆς δίκης τὸν ἔχοντα ἐμφανῆ καταστῆσαι τὰ σῦλα καὶ παρὰ τίνος ὠνήσαντο ταῦτα, καὶ εἰ μὲν τὸν πωλήσαντα πατέρα (f. Φανερὰ annotat editor) ἐδείκνυεν, ὁ ἀγῶν πρὸς ἐκεῖνου ἐγένετο· εἰ δὲ μή, πρὸς αὐτὸν τὸν ἔχοντα ἀπεφέροντο καὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα (f. inser. ἐλαγχάνοντο idem) αἱ γραφαὶ καὶ τῆς ἔξ ἀφανῶν καταστάσεως· ἐκλήθη δὲ οὕτως ἡ δίκη διότι ὑπὲρ τοῦ ἐμφανίσαι τὰ σῦλα καὶ τὸν πωλήσαντα ἐγίγνετο· quae sic sunt emendanda: Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν καὶ ἔξ ἐμφανῶν καταστάσεως — καὶ παρὰ τίνος ὠνήσατο ταῦτα, καὶ εἰ μὲν τὸν πρατῆρα ἐδείκνυεν, ὁ ἀγῶν πρὸς ἐκεῖνου ἐγίγνετο, εἰ δὲ μή, πρὸς αὐτὸν τὸν ἔχοντα. ἀπεφέροντο δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα γραφαὶ ἄλλαι τε καὶ ἡ ἔξ ἐμφανῶν καταστάσεως· ἐκλήθη δὲ οὕτως ἡ δίκη διότι ὑπὲρ τοῦ ἐμφανίσαι τὰ σῦλα καὶ τὸν πρατῆρα ἐγίγνετο. Vides in margine fuisse adscriptum πωλήσαντα ad voc. πρατῆρα, quod deinde in textum irrepert, vocabulo πρατῆρ in πατὴρ reficto.

Ἐπιδήμιος ἄρχων.

Dobraeus pro ἐπιδήμος scrispsit ἐπιδήμιος, errorem vero grammatici, qui κατὰ δῆμον dicere debuerit, statuit. Meierus annotat: „ἐπιδήμιον quis Atticorum scriptorum ea potestate dixerit nescimus.”

'Επισκημμα.

In ultima voce διακρίνεται latet vitium, nisi forte nonnulla exciderunt. Dobraeus proposuit διακρίνωσι. Vocabulum ἐπίσκημμα quantum scio nusquam occurrit: nulla vero est causa, cur id cum Meiero in ἐπισκήψασθαι mutem.

'Επιτίμιον.

Recte Dobraeus τὴν mutavit in τι ἥν. Ante γραφὴν desideratur articulus τὴν qui excidit, verbis τι ἥν semel corruptis in τὴν. Immerito editores sollicitasse mihi videntur verbum σιωπησάντων. Dobraeus enim proposuit κατασιωπησάντων, Sauppius in Orat. Att. II, 175, 19 δλιγωρησάντων, (coll. Beck. An. 193, 23: Τῶν μὴ ἐπεξιόντων τὰς δίκαιας: οἱ γραφόμενοι δίκαια καὶ μὴ πάλιν ἐπεξιόντες, ἀλλ' δλιγωροῦντες κατακαρτυρῆσαι.) quod si scripsisset grammaticus, nemo eum reprehenderet, sed σιωπησάντων mutare in δλιγωρησάντων, hoc non est emendare. Idem valde placuit Nauckio. Efficere igitur conabor recte sese habere verb. σιωπησάντων: dicit autem noster: poena constituta est in eos, qui causam, semel in iudicium deductam, deserunt, i. e. non amplius de ea loquuntur. Apte Meierus contulit ea, quae supra i. v. ὑπωμοσίᾳ leguntur: δμνύοντες ἀφίενται μήτε ἀργυρίῳ πεισθῆναι μήτε καταχαρίσασθαι τὴν σιγὴν. Iureiurando enim interposito negant se gratia esse permotos, ne quid amplius dicant de rogatione quam tulissent: hinc patet verba, quae notionem silendi, tacendi habeant, duas habere significationes in Graecitate grammaticorum: prima est vulgaris, si caves ne res aut tibi soli aut paucis admodum nota in plurum notitiam perveniat; altera, si de re omnibus nota amplius disserere non vis. Quemadmodum igitur supra is qui καταχαρίζεται τὴν σιγὴν gratia permotus de rogatione nil amplius dicit, sic is, qui σιωπᾷ τὴν γραφὴν nil amplius loquitur de actione, quam instituerat. Interpunctionem post πεποίησεν mutavit Sauppius:

Scheibius praeterea οὗτοι pro οὗτος substituit. Legitur locus Demosthenis § 6: ἔστι δὲ ταῦτα, ὡσπερ ἡκούσατ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ νόμου, ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν, καν μὴ ἐπεξίη, ὡς Θεοκρίνη, χιλίας ἑτέρας. κ. τ. λ.

*Επιθαυμάζειν.

Leguntur verba Aristophanis. Nub. 1147.

χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον.

Idem tradunt scholia ad hunc locum, videlicet: ἐπιθαυμάζειν, ἀντὶ τοῦ δάροις τιμᾶν. R. θαυμαστῶς τιμᾶν καὶ δεξιοῦσθαι. Iunt. Br. θαυμάζειν. θαυμαστῶς τιμᾶν καὶ ἀξιοῦσθαι.

*Επιταγμα.

Zonaras. ἐπιταγμα· δύο τέλη ἵππεων, ἀνδρῶν ἐνυακισχιλίων ἐνενηκονταέξ. Idem Suidas ubi i. v. ἐΦίππων δυόματα enumerat et explicat τὰ τῶν ἐΦίππων δυόματα, qualia sunt: Ἄλι, ἐπιλαρχία, ταραντιναρχία — τέλος, ἐπιταγμα.

*Επιγραφέας.

Eadem glossa apud alios grammaticos occurrit, vide v. c. Harpocr. i. v., qui citat oratorem, cuius verba respicit glossa, videlicet Αυστας ἐν τῷ περὶ τῆς εἰσΦορᾶς. Haec glossa cum sequente coniuncta isdem verbis legitur in Harpocrationis Cod. Fed. Morelli: vide Harp. ed. Dindorf. II, 233.

*Επιγραφομένῳ.

Coaluit haec glossa e duabus aliis, quae leguntur apud Zonaram et Suid., prima: ἐπιγραφομένῳ, ἴδιοποιουμένῳ· εἰ καὶ δέξαν ἔμελλε φέρειν, τὰ ὅπ' ἄλλων εὑρημένα ἐπιγραφομένῳ· altera: ἐπιγράφων, βεβαιῶν, δισχυριζόμενος.

*Ἐπώνυμος ἄρχων.

Satis perspicuum est initio requiri praepositionem non ἀπὸ sed ἐπὶ. Quidquid enim respublica χρηματίζει fieri solet ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος. Ψηφίματα v. c. perforuntur ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος. Supra i. v. εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν eodem errore

pro ἐφήγησις scripsit ἀφῆγησις. Meier proponit ἀφ' οὐ δ χρόνος vel δ ἐνικυτὸς ἐν τῇ πόλει χρηματίζει! Recte Lugebil pro χορῶν emendavit θεωριῶν.

Εἰργμοῦ δίκη.

Legitur locus Demosthenis § 147 isdem verbis.

Εὑθυναι.

Transpositis literis pro εὐθυναι in codice scriptum est εὐθυνία. Eadem leguntur apud Schol. in Plat. 945 d, nisi quod recte pro χειρωσάντων scripsit χειρισάντων. Vide praeterea Harp. i. v. εὐθυνοι.

Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις.

Initio Meierus vidit desiderari εἰσιν, quod facillime evadere potuit ante praepositionem ἐκ. Conf. Poll. VIII, 85 sq.

Θεωροί.

Legitur locus Herodoti lib. I, 59: Ἰπποκράτεῖ γὰρ ἔόντι ἰδιώτῃ καὶ θεωρέοντι τὰ Οὐλύμπια τέρας ἐγένετο μέγα. Hinc noster emendari potest: in fine necesse est dicat: οὐ θεωμένῳ λέγει, ἀλλὰ θεωρέοντι: corruptela fortasse hinc nata est, quod apud Herodotum sequitur: θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἵψα etc. Quod addit, τοῦτ' ἔστι θεωρῷ πεμφθέντι, si attente Herodoti locum perlegeris, videbis hanc explicationem esse verissimam, simul vero vitium apud eum deprehendes. Scriptorum enim multis confirmatur locis, quod non solum noster, sed certatim lexicographi monent, θεωρεῖν saepe significare θεωρὸς πεμφθῆναι, quod si fit semper additur praepositio εἰς, vide v. c. Thuc. VIII, 10. ἐθεώρουν εἰς τὰ Ἱσθμικά: Arist. Vesp. 1188.

ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πάποτ' οὐδαμοῦ

πλὴν ἐς Πάρον, καὶ ταῦτα δύ' δβολὰ φέρων.

Legendum igitur arbitror et apud Herodotum et apud nostrum: Ἰπποκράτεῖ γὰρ ἔόντι ἰδιώτῃ καὶ θεωρέοντι εἰς τὰ Οὐλύμπια τέρας ἐγένετο μέγα.

Ιερὸς γάμος.

„Nuptias facturos vel facientes *ἱερὸν γάμον* Iovi Iunoni „que celebrare solitos esse nemo quod sciam praeter hunc grammaticum tradidit. Photius autem et Etym. M. ab Atheniensibus agi dicunt festum diem Iovis et Iunonis, qui *ἱερὸς γάμος* dicatur: hi igitur ea sollemnia non propria nuptias facientium sed communia fuisse volunt civitatis.” Meier. Quid praeter diem festum Iovis et Iunonis ab Atheniensibus actum significet *ἱερὸς γάμος* neque e nostro appetet, neque mea sententia ex iis quae Meinekius ad versiculum Anaxandriæ:

εἰ γάρ τις ἐστιν εὐπρεπής, ιερὸν γάμου καλεῖτε
annotavit. Poet. Com. Graec. III. p. 178.

Ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο.

Ut in codice huius glossae initium legitur, manifesto apparet aliquid orationi deesse. Harpocr. et Phot. i. v. *Ἴσαι ψῆφοι* nil faciunt nisi citare locum Aeschin. κατὰ Κτησ. § 252, ubi legitur: *ἔτερος δ' ἴδιωτης ἐκπλεύσας εἰς Ρόδον, ὅτι τὸν Φόβον ἀνάνδρως ἔγεγκε, πρώην ποτὲ εἰσηγγέλθη, καὶ Ἰσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο.* Satis inde apparet grammaticos hunc Aeschinis locum respexisse, quum explicarent, quid significaret *Ἴσαι ψῆφοι*. Quod si verum est, statim apud nostrum comprehendis ipsa verba Aeschinis, videl. *Ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο.* Pro αὐτῷ scriptum est αὐτῶν, ut supra i. v. *ἐπαγγέλλειν, — ἐπήγγειλα αὐτῶν τὴν δοκιμασίαν* pro *ἐπήγγειλα αὐτῷ* etc. Eadem Meieri est sententia. Supersunt verba: *δὲ Ἰσαι ψῆφοι* etc. Ex iis quae sequuntur sententia manifesta est; tradit enim Aristoteles duo fuisse genera tabellarum, aut ut ipse dicit apud Harp. i. v. *τετρυπημένη*: (ubi ut recte monet Sauppius Orat. Att. II, 247 servata sunt, quae apud Aristotelem praecesserunt.) *ψῆφοι δέ εἰσι χαλκαῖ, — αἱ μὲν ἥμισεις τετρυπημέναι, αἱ δὲ ἥμισεις πλήρεις.* Quid autem apud nostrum fuerit scriptum, non video: prava interpunctio

effecit, ut omnia confusa et corrupta sint. Quod vero editores emendant, Dobraeus δισταὶ ψῆφοι, Sauppius δισταὶ αἱ ψῆφοι, ferri nequit. Utrumque enim significat, non δύο γένη ἦ
ψήφων sed δύο ἥταν ψῆφοι. Meierus verba δὲ ἵσαι ψῆφοι plane omittit.

'Ιτεαῖος.

Eadem fere leguntur apud Harp. i. v. *'Ιτεαῖος*: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου δῆμός ἔστι τῆς Ἀκαμαντίδος *'Ιτέα*, ἀφ' ἧς δὲ δημότης *'Ιτεαῖος*, ὡς Φισι Διόδωρος. Post voc. ultimum nostri δημότης necessario addendum *'Ιτεαῖος*.

Κακηγορίας δίκη.

Pro καὶ recte Dobraeus emendavit κάν. Defendet emendationem Demosth. πρὸς Λεπτίνην § 104. καὶ μὴν κάκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἔστι, μὴ λέγειν κακᾶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἀν διπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παῖδαν αὐτός. Non potest dixisse Hyperides: χιλίαις (nam dativus requiritur, ut demonstravi supra i. v. ἀργίας δίκη) μὲν ζημιοῦσθαι τοὺς κατοιχομένους, πεντακοσίαις δὲ τοὺς ζῶντας. Sensus vero non obscurus; dixit enim eum, qui mortuo maledixisset χιλίαις ζημιοῦσθαι, qui vero vivo πεντακοσίαις. Dēest igitur aliquid sententiae, quod quomodo sit supplendum alii aliud sentient. Dobraeus εἰ vel ἦν, Sauppius ἐὰν ante articulos τοὺς inserendum putat. Meierus proponit: χιλίαις μὲν ζημιοῦσθαι τοὺς τοὺς κατοιχομένους Φισί, πεντακοσίαις δὲ τοὺς τοὺς ζῶντας κακηγοροῦντας. Evidem arbitror Hyperidem scripsisse: χιλίαις μὲν ζημιοῦνται οἱ τοὺς κατοιχομένους κακηγορήσαντες, πεντακοσίαις δὲ οἱ τοὺς ζῶντας. Grammaticus haec verba e casu recto transtulit in casum obliquum, sed iteratio articuli τοὺς fecit, ut semel excideret: dein κακηγορήσαντες eo facilius excedit, quod participia κατοιχομένους et κακηγορήσαντες (ut scripsit scriba) initio sunt inter se simillima.

Κημός.

Recte Nauckius pro ἐπὶ τοῖς correxit ἐν τοῖς cum Schol. Ar. Eq. 1150. In verbis: ἦν δὲ τὸ παλαιὸν — μολύβδου sine ullo dubio lacuna est. Si enim postea ἐκ μολύβδου factus est ὁ κημός, antea ex alia materia eum esse factum narrare debet. Scimus autem, qua e materia antiquitus factus sit ex Arist. Schol. Eq. 1150: Κρατήνος δ' αὐτὸν (τὸν κημόν) ἐν Νόμοις σχολίνιον ηθμὸν καλεῖ· τοιοῦτος γὰρ ἐγίγνετο, καὶ ἦν παρόμοιος χάνη, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ. Eodem modo Hesych. κημός — δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἐπιτιθέμενον τῇ τῶν δικαστῶν ὑδρίᾳ πεπλεγμένον πᾶμα, παρόμοιος χάνη. Vide Beck. An. 275, 25 et Phot. i. v. Constat ex hisce testimoniis, antiquitus τὸν κημὸν fuisse σχολίνιον, prope similem χάνη: unde perspicimus, quid sibi velit apud nostrum vocabulum χάνη. Hoc igitur modo facillime lacuna poterit expleri, si scripseris: ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μὲν σχολίνιος, παρόμοιος χάνη, ὕστερον δὲ ἐκ μολύβδου. Dobraeus proposuit: ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μὲν σχολίνιος, παραπλήσιος χάνη. Praferendum est adj. παρόμοιος, quod et apud Schol. Arist., et apud Hesych., et in Beck. An. exstet. In ultimis verbis: πάνυ γὰρ ὁ (pro ἦ, nam κημός masculini generis est) κημός μετέωρα εἶχε χείλη ὡς τὸ ἐπισκοπεῖν, primo obtutu aliquid sententiae déesse vides, unde suspicaris nonnulla excidisse, sed perexigua tandem mutatione opus est, ut omnia recte sese habeant. Si enim pro ὡς τὸ ἐπισκοπεῖν scripseris ὥστε ἐπισκοτεῖν, omnia ordine procedent. Ἐπισκοτεῖν ipsum verbum est, quod hic requiritur, ubi dicere vult, τὰ χείλη ἦν οὕτω μετέωρα, ut impedirent quominus quisquam videret τὴν ψῆφον καθιεμένην. Hoc ipsum recte significari verbo ἐπισκοτεῖν planissime docebit Polyb. XXXIV, 12: (ascrībam totum locum, ne quisquam dubitare possit.) πρὸς τῷ πόντῳ τὸ Αἴμαν ἔστιν ὅρος, μέγιστου τῶν ταύτῃ καὶ ὑψηλότατου, μέσην πως διαιροῦν τὴν Θράκην· ἀφ' οὗ Φησι Πολύβιος ἀμφοτέρας καθορᾶσθαι τὰς θαλάττας, οὐκ ἀληθῆ λέγων καὶ γὰρ

τὸ διάστημα μέγα τὸ πρὸς Ἀδρίαν, καὶ τὰ ἐπισκοποῦντα πολλά· i. e. multa sunt, quae officiunt oculis ne videant mare Adriaticum. Eodem modo Demosthenes exprobrat Midiae, quod οἰκίαν φοιδόμηκεν Ἐλευσῖν τοσαύτην, ὥστε πᾶσιν ἐπισκοπεῖν τοῖς ἐν τῷ τόπῳ (§ 158 κατὰ Μειδίου.) Recte Zonaras explicat: ἐπισκοπῶν καὶ ἐπισκοπεῖν, τὸ ἐπικεῖσθαι τινι καὶ ἀποτειχίζειν τὸ φῶς. Nauckius annotat: „ὥστε ἐπισκοπεῖν Dobraeus et Meier. „coniecerunt, sed uferque alteram suspicionem addidit, Dobraeus „ἢ ὥστε ἐπισκοπεῖν, Meier. ὥστε μὴ ἐπισκοπεῖν.” Hinc verba ὥστε ἐπισκοπεῖν non ausus est in textum recipere. Fui igitur paullo longior, ne quisquam dubitaret, certissimam esse hanc emendationem.

Κύρυκες.

Particulam ᾧ delendam arbitratur Meier, in Φησὶν malit mutari Nauckius: mihi verbum Φωσὶ post Κέκροπος excidisse videtur. Idem narrant Schol. Aeschin. I, 20; Poll. VIII, 103. Pausanias tradit I, 38 ipsos Κύρυκας Ἀγλαύρου καὶ Ἐρμοῦ filium τὸν Κύρυκα esse perhibere.

Κλητῆρες.

In hac glossa, ut fere ubique, ubi occurunt, confusa sunt verba προκαλεῖσθαι et προσκαλεῖσθαι. Recte igitur Dobraeus pro προκαλεῖσθαι et πρόκλησι emendavit apud nostrum προσκαλ. et πρόσκλ., ut pro διωκομένων scripsit δικῶν. Verba: καὶ ἀνάδυσις οὐδεμίᾳ ἢ τοῦ προσκεκλήσθαι non unam ob causam labo-rant. Editores pro καὶ proponunt, Dobraeus ᾧ vel ἵνα, Meier ὅπως. Sensus vero non obscurus: si enim οἱ κλητῆρες non ad-sunt τῇ προσκλήσει, periculum est ne reus in ius citatus non respondeat, quod impune ei facere liceat, quum nemo possit testari rite eum in ius esse vocatum. Sin vero οἱ κλητῆρες de in ius vocatione dant testimonium, reus qui εἰς τὴν κυρίαν οὐκ ἀπαντᾷ ἐρήμην δΦλισκάνει, unde appetat ἀνάδυσιν τοῦ προσκεκλήσθαι hic non habere locum, sed ἀνάδυσιν τῆς δίκης.

Conf. B. A. 268, 17. Respicienti mihi ea, quae in codice leguntur, grammaticus scripsisse videtur: *πάρεισι τῇ προσκλήσει, ἵν' ἀνάδυσις τῆς δίκης μηδεμίᾳ ἢ τῷ προσκεκλημένῳ*. Vides, quam facile ἵνα ante ἀνάδυσις evanescere potuerit: inde necessario μηδεμίᾳ abiit in οὐδεμίᾳ. Nemo in talibus contendere potest, se ipsam auctoris manum restituuisse, sed donec quid inveniatur, quod probabilius est propiusque ad codicis verba accedit, praestat haec ita emendari, praesertim quum de sensu constet. In hac voce duae coaluerunt glossae, quod apud nostrum iam saepius factum vidimus. Secundum enim grammaticos duas habet significaciones κλητήρ: vide Schol. Arist. Ves. 189. *κλητῆρες δέ, οἱ καλοῦντες εἰς τὸ δικαστήριον πάντας σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τὸν μάρτυρα.* Idem legitur Schol. Arist. Av. 1422 et apud Suid. i. v. Vide praeterea Schol. Arist. Ves. 1408: *κλητῆρα, μάρτυρα, τοῦτ' ἔστι τὸν εἰς τὸ δικαστήριον καλοῦντα ὑπηρέτην; male dictum, non cepit Scholiastes duas esse significaciones diversas: igitur pro τοῦτ' ἔστι debebat ἡ καλ., aut tale quid.* Conf. ipsum nostrum i. v. *προσκαλεῖται.* E locis citatis vides apud nostrum pro ἐν δικαστηρίοις requiri εἰς δικαστήριον. Postquam igitur in priore parte glossae egit de voc. κλητήρ, si significat τὸν μάρτυρα, in posteriore parte loquitur de altera significacione, si κλητήρ est ὁ εἰς τὸ δικαστήριον καλῶν ὑπηρέτης. Hinc patet absurdam esse particulam γὰρ in verbis κλητῆρες γὰρ λέγονται, quae addita videtur, ut duae glossae inter se iungerentur. Dobraeus ultima verba, inde a κλητῆρες γὰρ λέγονται alias esse grammatici putavit, sed mea sententia mihi videtur probabiliior, quum saepius grammaticus plures glossas in unam coniunxerit.

Κυαμεύονται.

Pro ἀναρπάσας recte Dobraeus emendavit ἀνασπάσας, quod ipsum verbum hic requiritur. Qui sunt paullo δυσπειθέστεροι inspiciant Lucian. Hermot. c. 40: *προσελθὼν δὴ τῶν ἀθλητῶν*

ζηνστος, προσευξάμενος τῷ Δίῃ, καθεὶς τὸν χεῖρα ἐς τὸν κάλπιν, ἀνασπᾷ τὸν κλύρων ἔνα. Meier ἀρπάσας.

Κυβευτικὸς Φιμός.

Videtur glossa respicere verba Aeschinis κατὰ Τιμ. § 59: — διερρίπτουν εἰς τὴν ὕδην ἀστραγάλους τέ τινας διατείστους καὶ Φιμοὺς καὶ κυβευτικὰ ἔτερα ὅργανα, etc. De verbis σύνην τριχοειδὲς haec est annotatio Nauckii: „facillimum fuerit οἰσύνιον „τροχοειδές, ac τροχοειδές iam Dobraeus voluit, sed probabilius „videtur, quod Meier suasit, σχοίνινον κωνοειδές.” Admodum mihi placet emendatio οἰσύνιον τροχοειδές, nec veri simile esse puto, talem Φιμόν, de quali hic sermo est, fuisse πλέγμα κωνοειδές, praeterquam quod haec coniectura longius a textu recedit.

Κυρία ἐκκλησία.

Coniecturae virorum doctorum in priorem huius glossae partem, quae commemoratione dignae videntur, sunt Dobraei, qui pro τὸν δεδεμένον proposuit τῶν δεδημευμένων; Mülleri. Fragm. Hist. Gr. II, p. 116, qui tale quid Demetrium dixisse suspicatus est: κυρία ἐκκλησία, οὐκ ἐν ᾧ πλεῖστα ἐχρημάτιξον ἡ μέγιστα τῶν ποιῶν, ἀλλ' ἐν ᾧ τὰς τῶν δημευμένων ἀπογραφὰς ἀνεγίγνωσκον καὶ τὰ μισθώσιμα ἐμίσθουν· εἰκότως — ἐπιτιμήσεις· τις γάρ ἂν ποτε κυρίας ἐκκλησίας καλέσαι τοὺς Ἀθηναίους νομίσειεν ἐν αἷς τὰ μισθώσιμα ἐμίσθουν καὶ ··· Verum plane assentior Nauckio, dicenti: „locus ita „comparatus est ut sine novis subsidiis nihil possimus extundere.” Bonum factum est, quod e falsa Demetrii opinione non multum lucraremur. Pergam ad partem posteriorem in qua breviter enumerantur ea, quae Aristoteles ἐν τῇ κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ fieri narravit. Pro ἔφητε χειροτονεῖσθαι recte Meierus emendat Φησὶν ἐπιχειροτονεῖσθαι. Statim enim quivis intelligit non in unaquaque κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ τὰς ἀρχὰς χειροτονεῖσθαι. Conf. Poll. VIII, 95: τῶν δ' ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κυρία, ἐν

ἢ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονοῦσιν, εἰπερ καλῶς ἀρχουσιν, ἢ ἀποχειροτονοῦσιν, etc. quibuscum confer Harp. i. v. κυρία ἐκκλησία, qui ex eodem Aristotelis libro hausisse se fatetur, ubi dicit: — κυρίαν ἐκκλησίαν, ἐν ᾧ δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀποχειροτονεῖν οἱ δοκοῦσι μὴ καλῶς ἀρχειν, καὶ περὶ Φυλακῆς δὲ τῆς χώρας. Quae sequuntur paullo uberius leguntur apud Harp. l. c. καὶ τὰς εἰσαγγελίας ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τοὺς βουλομένους ποιεῖσθαι Φησιν. Pro δεξεις Dobraeus emendavit λήξεις coll. Poll. VIII, 95: κυρία, ἐν ᾧ — ἀναγιγγάσκουσιν — τὰς λήξεις τῶν κλήρων. In fine bene Meierus ἐπιχειροτονίαν correxit in προχειροτονίαν. Vide ipsum nostrum i. v. δστρακισμοῦ τρόπος — προυχειροτόνει μὲν ὁ δῆμος πρὸ τῆς ὁγδόης πρυτανείας, εἰ δοκεῖ τὸ δστρακον εἰσφέρειν.

Λειτουργεῖν.

Prior pars glossae legitur etiam apud Herodot. VII, 197: λῆπτον δὲ καλέουσι τὸ πρυτανῆιον οἱ Ἀχαιοί, unde vides leve vitium irrepsisse apud nostrum, qui ἀρχαῖοι scripserit pro Ἀχαιοί. Emendationem confirmat nexus periodi, qui populi nomen postulet.

Λογισταῖ.

Λογιστὰς emendavit Dobraeus, ἄλλοις δέκα συνηγόρους Nauckius. Müller Fragm. Hist. II, p. 123 et V. Rosius Aristot. pseudopigr. p. 445 scripserunt: ἄλλοι δέκα συνήγοροι et λογισταῖ, quod mihi non praferendum videtur; nam apud nostrum, qui plus semel confuderit accusativum et dat. (vide i. v. ὑπωμοσία), veri similius est verba ἄλλοις δέκα συνηγόροις corrupta esse ex ἄλλοις δέκα συνηγόρους quam ex ἄλλοι δέκα συνήγοροι. Dein initio rectius loquitur Dobraei emendatione recepta: saepius autem tali modo loquitur Aristoteles in eodem libro, vide Harpoecr. i. v. ἐπιμελητὴς ἐμπορίου — "Αριστοτέλης ἐμπορίου δ' ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσιν" etc. In fine Dobraeus pro ἔνα καὶ πεντακοσίους legendum putat

χιλίους πεντακοσίους. Annotat Meierus: „cum Lex. rhet. p. 276, 17, quocum ad verbum conspirat Etym. M. p. 569, 31, „logistas sortito factos esse contendat, reliqui autem grammatici de modo, quo illi facti sint, taceant omnino (nam quod Pollux VIII, 99 videbatur docere sortitione ab senatu quinque gentorum instituta logistas esse factos, id iam intelleximus esse nihil atque ex librariorum tantum Pollucis socrisia ortum male ad logistas referentium quod ille de ἀντιγραφεῖσι docuerit), nunc ex Aristotele discimus eos suffragiis creatos esse; Aristoteli autem quis dubitaverit plus tribuere quam incerto illi grammatico, cui Lex. rhet. et Etym. M. sua debent? huius auctoritati satis erit tribuisse, si concesseris logistas antiquitus suffragiis, postea sorte factos esse.”

Λύκος ἥρως.

Quid sit initio λύκος ἥρετο ίδρυματος nemo intelligere potest. Certatim vero grammatici explicarunt, quid significaret Λύκου δεκάς, quo de proverbio in fine loquitur noster, unde emendari possunt verba corrupta.

Legitur apud Schol. Arist. Vesp. 389: πρὸς τοῖς δικαιοτηρίοις Λύκος ἥρως ἴδρυτο. ἔθουν δ' αὐτῷ καὶ ἀπένεμον δικαιοτητὸν μίσθιον; apud Photium, i. v. Λύκου δεκάς παροιμιῶδες, ἐπει Λύκος δ' ἥρως ἴδρυτο παρὰ τοῖς δικαιοτητοῖς, ἐνθα προσήδρευον οἱ συκοφάνται ἀφώριστο δὲ αὐτῷ τριάβολον τῆς ἡμέρας. Conf. Hesych. i. v. Quos locos qui contulerit, non dubitabit, quin in vocabulo secundo ἥρετο lateat ἥρως. Qua voce restituta, ίδρυματος mutabis in ἴδρυτο, dein expunges ἥν; sic eodem modo et paene isdem verbis loquetur noster atque Schol. in Arist. et Phot. Ultimum vocabulum ἐδίκαζον emendandum est in ἐδεκάζοντο, ut iam vidit Dobraeus: vide Phot. i. v. Λύκου δεκάς, ἥρως — πρὸς ὅν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα συνεστρέφοντο. Vide Harpocr. i. v. δεκάζων, qui addit fontem, unde hauserunt grammatici, videlicet: Ἐρατοσθένη ἐν

τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας καιμαθίας. Proposuit Dobraeus: ἥρως
ἰδρυμένος οὗτος ἦν. Immerito editores mihi videntur sollici-
tasse verba ὡς καὶ αὐτὸς τὸ δικαστικὸν ἔνεμον; Nauckio enim
suspectum videtur ὡς, Dobraeus pro αὐτῷ legendum censet αὐτῷ.

Μεσοκρίνετος.

Vide Phot. i. v. et Poll. VII, 98.

Μὴ οὖσα δίκη.

Pro ἀντιλαγχάνουσι recte Dobraeus ἀντιλαγχάνοντας. In
verbis δεῖ γὰρ τοὺς ὑπὲρ δέκα δραχμῶν ἀμφισβητοῦντας διαι-
τητεῖς δέκα ἔτη λαμβάνειν plura sunt corrupta. Mirum factum
εἰ δεῖ τοὺς ὑπὲρ δέκα δραχμῶν ἀμφισβητοῦντας διαιτητὰς λαμ-
βάνειν, sed statim unusquisque videt pro δραχμῶν scribendum
esse δραχμάς; vide Poll. VIII, 100: οἱ δὲ τετταράκοντα πρό-
τερον μὲν ἥσαν τριάκοντα, οἱ περιόντες κατὰ δύμους τὰ μέχρι¹
δραχμῶν δέκα ἐδίκαζον, τὰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα διαιτητὰς παρεδί-
δοσαν· conf. Phot. i. v. τετταράκοντα. Verba corrupta διαι-
τητεῖς δέκα ἔτη λαμβάνειν feliciter mihi videtur emendasse
Müller, qui Fragm. Hist. II, p. 364 proposuerit διαιτητὰς εἰς
δίκην ἐκάστην λαμβάνειν. „Aliam emendandi viam ingressurus
erat Dobraeus, id quod loci ab eo allati indicant, Lex. Beck.
„p. 186, I, 235, 23. Hesych. v. διαιτηταί, Suid. v. διαιτητάς.”
Nauckius. Hinc patet Dobraeum putasse latere in δέκα ἔτη
annum aetatis τῶν διαιτητῶν, quod mihi non veri simile vide-
tur. Pro κατὰ διαιταν Dobraeus correxit καταδιαιταν, pro
τὸ ὑπόμνυσθαι, εἴτα ὑπ., pro αὐτῆς διαιτης, τῆς διαιτης (vide
supra i. v. ἔνη καὶ νέα.). Pro δημ δύνοντας scripsi δπως δύ-
νωνται, Dobraeus δημ ἀν δύνωνται. Nemo intelligit, quid
significant verba: κατ' ἐνίους δὲ ή ἀντίληξις οὕτως ἀντιλαγχεῖν
ἔξην, sed si pro οὕτως scripseris δτω, inserto verbo ἐστί, nil
desiderabis. Infra i. v. δστρακισμοῦ τρόπος pronomen δτω cor-
ruptum est in δτε. Saepius scribae confuderunt οὕτω et δτω,
v. c. apud Phot. i. v. κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ, ubi legitur in

codice: — ἔλεγεν δὲ κηρῦξ· οὗτος Μειδίας δοκεῖ ἀδικεῖν, ἀράτω τὴν χεῖρα, pro ὅτῳ Μειδίας etc. Causa est obvia: omittunt scribae iota subscriptum; confusionis literarum οὐ et ο exempla sunt passim, v. c. apud ipsum nostrum i. v. ῥήτορική, ubi legitur ἐκβολὴ pro ἐκ βουλῆς. Έστὶ et εἰσὶ saepius a nostro omissa sunt; vide i. v. θεσμοθ. ἀνάκρ. Quod dicit: καὶ μετέγραψαν ἡ δλως ἐκ τῶν λόγων αὐτῆν ἀνεῖλον, non videtur grammaticus lectitasse Demosthenem, apud quem 39, 38 occurrit vox ἀντίληξις. Quod attinet ad ultima verba: ἐξην δὲ ἀντιλαχθάνειν ἐντὸς ἡμερῶν δέκα, idem Photius i. v. μὴ οὕτα δίκῃ; contra Poll. VIII, 61: ἀντιλαχθεῖν δὲ ἐντὸς δύο μηνῶν ὑπῆρχεν.

Ναύκληρος.

Eadem glossam servavit Harpoecr. i. v. ναύκληρος· Τπερείδης ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους οὐ μόνον ὡς ἡ συνήθεια χρῆται τῷ ζυόματι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ μεμισθωμένου ἐπὶ τῷ τὰ ἐνοίκια ἐκλέγειν ἡ οἰκίας ἡ συνοικίας, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ δηλοῖ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα etc. Vide Phot. et Suid i. v. Hinc nostrum emendavi. Conf. Isaeum VI, 19.

Νομοφύλακες.

Eadem glossa, sed multo uberior recurrit apud Phot. i. v. οἱ νομοφύλακες τίνες. Vide praeterea Harp. i. v. Poll. VIII, 94, B. A. 283, 16. Initio pro verbis οἱ μὲν γὰρ ἀρχοντες etc. Photius l. c. habet: οἱ μὲν γὰρ θεσμοθέται κατὰ τὰ πάτρια ἐστεφανωμένοι ἐπὶ τὸν "Αρειον πάγον ἀνέβαινον" οἱ δὲ νομοφύλακες στροφοὶς λευκοῖς ἔχρωντο. Poll. l. c. νομοφύλακες μὲν ἐστεφανωντο στροφίῳ λευκῷ. Ante ἀρχόνταν desideratur articulus: Phot. καταντικρὺ τῶν ἐνέκα ἀρχόντων, καὶ τῇ Παλλάδῃ τὴν πομπὴν ἐκόσμουν, ὅτε κομίζοιτο τὸ ξδανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Poll. τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῇ θεῷ. In fine pro ἐπτὰ δὲ ἥσαν Meierus coniecit ἐξ δὲ ἥσαν, quae conjectura quo nitatur testimonio, nescio.

Ξενίας γραφή.

Eundem locum ex Aristotele bis citat Harpoer. i. v. δωροξενία et παράστασις: vide παράστασις. — Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Ἀθηναῖων πολιτείᾳ περὶ τῶν θεσμοθετῶν λέγων Φισὺν οὕτως εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς, ἃν παράστασις τίθεται, ξενίας καὶ δωροξενίας, ἃν τις δῷρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν etc. (i. v. δωροξενία pro ξενίᾳ legitur συκοφαντίαν). Hinc vides apud nostrum praepositiones πρὸς et παρὰ esse corruptas in περὶ. Pro διδοὺς rectius cum Harp. legitur δούς.

Ὀρος.

Nauckius proponit καθολικότερον. Verba τοῦτο καὶ ὄρος emendavit Meierus. Quod ad ultima attinet verba, etiam pulchriora habet Zonaras i. v. ἀνθρωπος. — Η ἀνθρωπός ἔστι ζῷον λογικόν, θυητόν, δρόπεριπατητικόν, πλατυώνυχον, γελαστικόν.

Ὀροσάγγης.

Haec prima est e quatuor glossis, quas reperit Millerus. Cum nostro initio consentit Phot. i. v. ὄροσάγγαι, σωματοφύλακες βασιλέως. Legitur locus Herodoti VIII, 85: οἱ δὲ εὑεργέται βασιλέος ὄροσάγγαι καλέονται Περσιστί: apud nostrum forma Attica gen. βασιλέος irrepsit. Νύμφις δὲ Ἡρακλεώτης citatur apud Athenaeum XIV, 619 f: Νύμφις δὲ ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρακλείας etc., et XII, 536 a: Νύμφις δὲ δὲ Ἡρακλεώτης ἐν ἔκτῳ τῶν περὶ τῆς πατρίδος. Vocabulum σαγγάνδης non nisi hoc loco exstat. De voc. παρασάγγης haec est disputatio Dindorfii: Poët. Scen. Graec. 1869. p. 147, n°. 459: „Etymol. „M. p. 652, 12: παρασάγγαι. — παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀνδρο- „μάχῃ (ἀνδρομάχῳ Etym. Gud. p. 452, 31) ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου „εἴρηται. Andromacham Sophoclis nemo praeter Etymologicum „memorat, cuius auctoritatem valde dubiam reddit locus gram- „matici in Appendice ad Photium p. 674, 25: σαγγάνδαι „(ἀστάνδαι Nauckius) δὲ οἱ ἀποστελλόμενοι καλοῦνται. Σοφο- „κλῆς etc. — κεκλήκασιν. Sophoclis verba fortasse servavit

„Hesychius: παρασάγγιλόγω· οἱ Πέρσαι τοὺς διαγγέλλοντας „οὗτα λέγουσι, ubi παρασάγγη λόγω scribendum. Monuit „Nauckius.” Alter Herodoti locus legitur II, 6: δύναται ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια, ὁ δὲ σχοῖνος ἔκαστος, μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον, ἔξηκοντα στάδια. De Irenaeo haec annotat Nauckius: „Irenaei sive Minucii Pacati commentarius „in Herodotum hoc uno loco commemoratur; disserui de homine „in commentat. de lexic. rhetor. p. X. Meier. adde quae dixit „Osannus Anead. Rom. p. 87.” Quae in fine leguntur, eadem fere habet Et. M. ἀγγάρους· ἡ λέξις Περσική ἐστι· σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους. θίεν καὶ τὸ εἰς βασιλικὰ ἀπάγειν τι χρείας ἀγγαρεύειν λέγεται· καὶ ἀγγαρεία, δουλεία· καὶ ἀγγάριος, δοῦλος ἡ ἀγγελος.

Οργάς.

Idem dicit Phot. i. v. ὄργας, τὰ λοχμάδη καὶ ὀρεινὰ χωρία, καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα οὕτω καλεῖται; rectius vero utitur adiectivo ὀρεινὸς pro ὄρειος. Verba ἀπὸ τῆς ἄλσεως, (scilicet λέγεται), quum desint fragmanto a Millero reperto, alias grammaticus addidisse videtur. Saepenumero coniunguntur ὄργας et ἄλσος, vide Clem. Alex. Paedag. lib. III. p. 252: καὶ προτερευόσματα ἔξησκηται, ἄλση τε καὶ ὄργαδες. Harpocr. i. v. ὄργεῶνας — ἡ διὰ τὸ ἐν ταῖς ὄργασι καὶ τοῖς ἄλσεσι τὰ ιερὰ δρᾶν etc. Annotat Nauckius: „novissimis ἀπὸ τῆς „ἄλσεως non habeo quid faciam. Meier. nulla in his verbis „difficultas; nimirum ἄλσις grammaticis est idem quod αὔξησις, „cuius abusus exempla attulit Fixius in Thes. Gr. L. vol. I, „n^o 1 p. 1581 D., sic Hesychius v. ἄλσεα· τόποι κατάδενδροι, „πρὸς ἄλσιν καὶ αὔξησιν τῶν Φυτῶν ὄντες ἐπιτήδειοι.”

Οστρακισμοῦ τρόπος.

Vide Arist. Schol. Equit. 855: — ὁ δὲ τρόπος τοιοῦτος τοῦ ἔξοστρακισμοῦ· προεχειροτόνει ὁ δῆμος ὅστρακον εἰσΦέρειν,

καὶ δταν δόξη, ἐΦοάτΤετο σανίσιν ή ἀγορά, etc. Hinc Meierus pro προχειροτόνει et δτε δὲ δοκεῖ scripsit προυχειροτόνει et δτε δ' ἔδοκει. Quae hic leguntur, προυχειροτόνει μὲν ὁ δῆμος πρὸ τῆς ὀγδόντης πρυτανείας, non videnter convenire cum iis, quae supra i. v. κυρία ἑκκλησία ex Aristotelis libris narravit: ἐπὶ δὲ τῆς ἔκτης πρυτανείας — καὶ περὶ τῆς δστρακοφορίας προχειροτούναν δίδοσθαι, εἰ δοκεῖ η μή. Pro στρέφοντες Dobraeus coniecit κάτω στρέφοντες: idem emendavit verba corrupta Πέρα τοῦ in Γεραίστοι. In verbis μόνος δὲ Τπέρβολος ἐκ τῶν ἀδόξων διὰ ἐξοστρακισθῆναι cum Milleri fragmento legendum est, μόνος — ἐξωστρακίσθη, expuncta praepositione διά. Videtur scriba codicis Cantabrigiensis festinans omisisse verb. ἐξωστρακίσθη et iam scripsisse praepositionem, quae sequitur διά, quum errorem animadverteret. Retrahit igitur vestigia et nunc ordine pergit, sed negligit expungere διά. Dobraeus et Meierus coniecerant δοκεῖ ἐξοστρακισθῆναι.

Πάραλος.

Midias fuit ταμίας τῆς Παράλου. Vide Demosth. κατὰ Μειδίου § 171: ὑμεῖς γάρ, ὃ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ἐχειροτονήσατε τοῦτον τῆς Παράλου ταμίαν. Particulam καὶ post Πάραλος cum Meiero delevi: in δὴ eam mutavit Sauppius Orat. Att. II, p. 329; difficile est ad intelligendum quid hoc loco significaret δῆ. Leguntur loci Thucydidis, quos respicit noster, III, 33 et 77. Arist. Av. 1204 commemorat illas triremes. De Ἀμμωνιάδι vide Phot. Harpocr. i. v. Schol. Dem. ed. Dind. p. 570, 3. „Gravissimus hic locus est ad definiendum tempus quo Aristotelis qui vulgo perhibetur Πολιτεῖαι scriptae sint: „qua de re post Meierum disputavit V. Rose Aristot. pseudopigr. „p. 397 sq.” Nauckius. Pro Στησίχορος recte Dobraeus Φιλόχορος, coll. Harp. i. v. ιερὰ τριήρης. Post οἶον excidit οἱ quod hoc loco facilime fieri potuit. Dobraeus coniecit οἱ δὲ τῇ, quod mihi non probandum videtur. Aeschines commemorat

τοὺς Παράλους, III, 162: ὡς γάρ Φασιν οἱ Πάραλοι καὶ οἱ πρεσβεύσαντες πρὸς Ἀλέξανδρον.

Παράστασις.

Haec glossa, quae in codice sequitur, non recepta est in textum a Dobraeo, quum nil novi ex ea discamus, sed ad verbum conspiret cum iis, quae in eadem voce leguntur apud Phot. et Harpoer. Ascribam eam, quum fortasse aliquid habeat utilitatis ad naturam codicis peccatorumque a scriba commissorum melius cognoscendam. Legitur autem in codice sic: παράστασις τὸ ἔνομα πολὺ παρὰ τοῖς βῆτορσι. ἔστι δὲ δραχμὴ κατὰ δικαιομένους ὑπὸ τῶν δικαιομένων τὰς ἴδιας δίκαιας. Μένανδρος Μισιγύνη. Ἐλκει δὲ γράμματι δι' ἐκεῖτε δίθυρον καὶ παράστασις μία Δραχμῇ. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ περὶ τῶν θεμοθετῶν λέγων Φησίν· εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς, ἃν παράστασις τίθεται ξενίας καὶ δωροξενίας· ἃν τις δῶρα δὸντις ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν· καὶ ψευδογραφὰς καὶ ψευδοκλητίας καὶ δουλεύσεως καὶ βίου καὶ μοιχείας. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τοῖς περὶ Νομοθεσίας τοὺς διαιτητάς Φησί λαμβάνει τὰς δραχμάς· μίαν μὲν ἀπὸ τῆς λέξεως, ἥν παράστασιν ἐκάλουν· ἔτεραν δὲ κατὰ ὑπαρκοσίου ἐκάστην. ἐκλήθη δὲ παράστασις, ἐπὶ τοῦ διδότο τὸ ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν παρασταθῆναι τὸν ἀντίδικον. Quae verba plurimis locis corrupta ex Harp. Phot. Suid. sic sunt emendanda: Παράστασις τοῦνομα — δραχμὴ καταβαλλομένη ὑπὸ — Μισιγύνη.

Ἐλκει δὲ γράμματιδιον
ἐκεῖτε δίθυρον καὶ παράστασις μία
δραχμῇ.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ — καὶ ψευδεγγραφῆς καὶ ψευδοκλητίας καὶ βουλεύσεως καὶ ἀγραφῶν — ἀπὸ τῆς λέξεως — καθ' ὑπαρκοσίαν ἐκάστην — ἀντίδικον.

Παρεγράψαντο.

Male initio Nauckius mihi videtur scripsisse παράνομον, non

παρανόμων ut recte suasit Meierus. Facillime nexus periodi constabat, si post *εἰσκομίζονται* inserueris καὶ: Nauckius maliuit *εἰσκομίζονται* mutare in *εἰσκομίσαντες*. Ad verba codicis οἱ νόμοι *παρὰ* etc. idem annotat: „νόμοι οἱ Meier, οἵον οἱ Dobraeus, fortasse οἱ νόμοι οἵον vel οἷον praferendum.” Prior Nauckii coniectura vera est. Quis enim nescit οἵον saepissime usurpari a lexicographis in etymologia voc. cuiusdam: passim sunt exempla. Facillime hoc loco οἵον excidere potuit, quum in codice scriptum fuerit οἱ νόμοι οἵ παρὰ etc.; supra i. v. ἔνη καὶ νέα pro ἔνον legitur ἔν, ubi eodem modo accentus gravis omissus errorem peperit.

Πενέσται.

Simul disseram de hac glossa et de ea quae paullo post legitur: *πρόσοδός τις εἶναι Φαίνεται* etc. Cur ita faciam mox lectoribus apparebit. Incipiam ab altera, ubi statim vides initio desiderari vocabulum, ad quod referantur verba *πρόσοδός τις εἶναι Φαίνεται* etc. Pro μίμημα recte Dobraeus emendavit τίμημα, coll. Poll. VIII, 38: — *πρυτανεῖα* — καὶ οἱ μὲν ἀπὸ ἐκατὸν δραχμῶν ἄχρι χιλίων δικαζόμενοι τρεῖς δραχμὰς κατετίθεντο, οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων τριάκοντα. Pro aoristo κατέβαλον requiritur imperfectum. In glossa Πενέσται voc. ultimum *πρυτανεῖαις* suspectum est. Servire enim coguntur οἱ ἐν τοῖς ὅπλοις ἑαλωκότες victoribus aut populo victori, Graece: τοῖς κεκρατηκόσιν: absurdum hoc loco est ταῖς κεκρατηκυίαις πρυτανεῖαις. Ut igitur modo ante verba *πρόσοδός τις* etc. voc. desideravi, sic nunc *πρυτανεῖαις* mihi videtur redundare. Verum hoc ipsum vocabulum *πρυτανεῖα* ante verba *πρόσοδός τις* etc. requiritur, quod e testimoniis aliorum grammaticorum demonstrabo. Vide Phot. i. v. *πρυτανεῖα* πρόσοδος εἰς τὰ δημόσια καταταχτομένη, ἦν οἱ δικαστάμενοι τισι καὶ ἡττηθέντες κατέβαλλον, ὥρισμένην ζημιὰν κατατιθέντες ἐκάστοις et paullo post: *πρυτανεῖα* — σαφῶς μὲν οὐδεὶς εἶπεν τί δηλοῖ. τινὲς δὲ

ἀργύριον τι ἔφασαν εἶναι ὁ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι, ἐξ ᾧ τὸ δικαστικὸν ἐδίδοτο τοῖς ἑξακισχιλοῖς. Vides apud Photium eadem fere narrari de voc. πρυτανεῖα, atque apud nostrum leguntur, omissa voc. πρυτανεῖα: πρόσοδός τις etc. Dobraei est haec annotatio ad verba πρόσοδός τις etc. „an ad πρόσοδη περιπτά referenda? vel cum πρυτανεῖα iungenda? hoc verius. „Becker. p. 192. vide Suid. πρυτ. Polluc. VIII, 38. emenda „δέκατας Schol. Nub. 1134, male δίκας Hermann.“ Meierus proposuit: πρόσοδός τις τοῦ δημοσίου τὰ πρυτανεῖα εἶναι φαίνεται. Iam scripseram hoc, quum apud Millerum eandem glossam Πενέσται invenirem, unde vides confirmari meam emendationem. De causa corruptelae disputavi in praefatione p. 5, 6, ubi simul ostendi quid ex ea discere possimus.

Πινάκιον.

Dobraeus in codice legi tradit „; κά“ vel potius „ινά“, quod ipse in Καικίλιος vel δέκατον mutandum esse coniecit, sed certissima est Meieri emendatio reponentis πινάκιον. Est res difficilis et temeraria de codicis lectione iudicare, si ipsum codicem non videris: hoc tantummodo constat utramque simul lectionem in codice non inveniri. Si vero quis me rogaverit, quomodo πινάκιον in codice debeat esse scriptum, respondebo: litera π initialis omittitur; duae literae ν facillime possunt confundi cum ea forma literae κ, quae in codicibus saepe invenitur. Si igitur in codice invenero voc. κά meum erit diiudicare, utrum hoc loco litera prima sit κ an ν, quumque litera initialis π omissa sit, non aliud potest legi quam πινάκιον. Πινάκιον ipsum voc. est, quod explicatio grammatici requirit, vide Phot. i. v. πινάκιον· σύμβολον δικαστικόν, et Hesych. πινάκιον, τὸ λεύκωμα· τινὲς δὲ καὶ σύμβολον δικαστικόν. Recte Nauckius dicit, „non possum assentiri Maur. „Schmidtio, cui legendum videbatur πινάκιον· Καικίλιος λέγει „καὶ σύμβολον δικαστικόν (vide Didymi fragm. p. 389.)“

Προβολή.

Pravam interpunctionem, quae sententiam pessum dedit, recte emendavit Meierus, deleta particula δὲ insertaque praepositione κατὰ ante verba τῶν τὰ κοινὰ etc. Multa in hac glossa desiderantur: excerpta est ex uberiore, ubi de discrimine inter voc. προβολὴ et Φάσις agebatur. Quae verba nunc leguntur a λαυδάνοντος δὲ μήνυσις usque ad finem, pertinent ad Φάσις, ut mox demonstrabo, ita ut de explicatione voc. προβολὴ nil supersit nisi haec tria verba: Φανεροῦ μὲν τινος. Longe maiorem glossae partem pertinere ad voc. Φάσις appareret e Poll. VIII, 47: Φάσις δὲ ἦν τὸ Φαινεῖν τοὺς περὶ τὰ μέταλλα ἀδικοῦντας, ἢ περὶ τὸ ἐμπόριον κακουργοῦντας ἢ περὶ τὰ τέλη, ἢ τῶν δημοσίων τι νενοσφισμένους, — . κοινῶς δὲ Φάσεις ἐκαλοῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λαυδανόντων ἀδικημάτων. Conf. Schol. Dem. ed. Dind. p. 793, 16. Vide Beck. An. 315, 16: Φάσις· μήνυσις πρὸς τοὺς ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑπορυτόντων τὸ μέταλλον, etc. Harp. Φάσις· λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ δημοσίου ἔγκληματος, ὅταν τις ἀποφαλῇ τῶν δημοσίων ἔχοντα τινὰ μὴ πριάμενον, etc. Vides grammaticos eadem de voce Φάσις tradere, atque apud nostrum leguntur. Idem perspexerat Meierus, quem in loco constituendo secutus sum. Ipsa verba grammatici praestare difficile est, sed sententiae certe satisfactum caustumque est ne quem in errorem possint inducere codicis verba.

Πρυτανεῖα.

Vide i. v. Πενέσται.

Προσκαλεῖται.

Vide i. v. κλητῆρες.

Πρόστιμον.

Verba ἔξημιοῦντο πρῶτον πρὸς ἀτιμίαν non unam ob causam vitium alere videntur. Primo non recte ponitur hoc loco πρῶτον, quum non narret, quae poena sit altera, qua tales homines afficiuntur. Dein πρὸς ἀτιμίαν hoc loco quid significet

difficile est ad intelligendum. Potest emendari noster e Schol. Demosth. ed. Dind. p. 593, 24, ubi eadem de re citantur verba Theophrasti: Θεόφραστος ἴστορεῖ λέγων οὕτως „Ἀθήνησιν πούν ἐν τοῖς δημοσίοις ἀγάστιν, ἐὰν μὴ μεταλάβῃ τις τὸ πέμπτον μέρος, χιλίας ἀποτίνει, καὶ ἔτι πρόσεστί τις ἀτιμία, οἷον τὸ μὲν (C. omittit μὲν) ἐξεῖναι μήτε γράφασθαι παρανόμων μήτε φαινεῖν μήτε ἐφηγεῖσθαι.” Conf. Harpoecr. ἐὰν τις μὴ μεταλάβῃ τὸ εἶ μέρος τῶν ψήφων, διφλισκάνει χιλίας καὶ πρόσεστιν ἀτιμία τις. Scriptum igitur fuisse credo in codice: ἐξημιοῦντο αὐτοὺς καὶ πρόσεστί τις ἀτιμία. Supra i. v. λογισταὶ eodem modo, ni fallor, πεντακοσίους scriptum est, sic Φ', superscripto siglo terminationis αυτοῦ. Seriba fecit ex illis, ἐξημιοῦντο πρῶτον: dein reliqua facile corrumpi potuerunt in πρὸς ἀτιμίαν, quum ter continuo fere occurrant literae τι; καὶ erat otiosum, igitur expungitur. Pro ἐφηγεῖσθαι, recte Schol. in Dem. l. c. habet ἐφηγεῖσθαι, ut Demosth. ipse XXVI, B, 9: πάλιν τούνταν τις ἐπεξιών μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἐφ' οὓς οἱ νόμοι κελεύουσι τὸ λοιπὸν μὴ γράφεσθαι, μηδὲ ἀπάγειν, μηδὲ ἐφηγεῖσθαι etc. Vide supra i. v. εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν.

Ρητορικὴ.

Nusquam vestigium indagare potui significationis voc. ρητορικὴ hic commemoratae, nisi quod et Phot. Suidasque prope similia tradunt i. v. 'Ρῆτωρ' — καὶ πολλοῖς ψηφίσμασι παραγέγραπται 'Ρητορικὴ ἐκ βουλῆς, εἰ εἰσφέρει τις γνώμην ἀλλὰ μὴ αὐτὸς ἴδιᾳ τύχῃ εἰσηγούμενος. Hinc voc. ἐκβολὴ emendata est in ἐκ βουλῆς. In re obscura nulla est causa cur cum SaupPIO Orat. Att. II, p. 236 pro γνώμας scribam γραφάς. Recte in fine Meierus pro τοικῦτα scripsit τὰ αὐτὰ; Dobraeus proposuit ταῦτα.

ΣΦΗΤΤΙΟΙ.

Quod dicit καλοῦνται δὲ καὶ ΣΦΗΤΤΟΙ, id falsum videtur.

In Et. M. i. v. ΣΦΥΤΤΙΟΙ eadem leguntur, nisi quod pro καλοῦνται scriptum est λέγονται. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 471 legendum censem in Et. M., λέγεται δὲ καὶ ΣΦΥΤΤΟΙ, quod mihi verum videtur. Nostri verba praestat intacta relinquare, quum corruptela ulterius sit progressa. Eadem glossa apud alios lexicographos superest, unde noster emendari potest. Vide Harpoer. i. v. Ποταμός — δῆμος τῆς Λεοντίδος, οὐ δημότης Ποτάμιος. ἐκαμψόσυντο δὲ ὡς βραχίων δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους etc.

Pro παρεγγράπτους Photius et Et. M. i. v. ΣΦΥΤΤΙΟΙ habent ἐγγράφους νόμους. Veram lectionem servasse mihi videntur Et. M. i. v. Δρυαχαρνεῦ et Suidas i. v. Ποταμός, scil. παρεγγράφους, nam sic codicum lectiones variantes unde ortae sint, facile intelligitur. Quemadmodum enim supra i. v. διαψήφισις e verbo παρεγγεγράφθαι factum est apud nostrum ἐγγεγράφθαι, sic adi. παρεγγράφους apud Photium et Et. M. p. 738 mutatum est in ἐγγράφους. Omissa vero praepositione παρὰ adi. ἐγγράφους indigere videbatur substantivo: itaque ingeniosus homo addit νόμους. Venit postea emendator, qui talia secum reputat: ἐγγράφοι νόμοι quid significet ignoro, sed sine dubio scribendum est ἀγράφους νόμους, plus semel a scriptoribus commemoratos (vide v. c. Plato VIII, 563, d. et Dem. XVIII, 275): iam habes nostri lexici verba. Critici proposuerunt, Meinekius Hist. crit. com. gr. p. 234 παρεγγεγραμμένους, Meierius παραγραφομένους, Naberus in ed. Photii vol. 2, p. 193 παρεγγράπτους νόμους. De sensu igitur inter omnes constat: mea emendatio hoc nomine mihi videtur praferenda, 1°. quod sic intelligimus codicum errores, 2°. quod et Suidas i. v. Ποταμός et Et. M. p. 288 habent παρεγγράφους. Facere non possum cum Nabero addente νόμους, quod mihi hoc loco supervacaneum videatur. Post Ἀχαρνεῖς desideratur particula ὡς. Addere poterat, quos grammatici certatim commemorant,

τοὺς Αἰξωνέας, οἳ ἐκωμῳδοῦντο ὡς βλάσφυοι (vide Harp. i. v.): τυποὶ Θυμοιτάδαι καὶ Προσπάλτιοι ἐκωμῳδοῦντο ὡς δικαστικοί. Causas, quas afferunt grammatici, cur οἱ Σφήτιοι ἐκωμῳδοῦντο ὡς δξεῖς, vide sis apud Schol. in Arist. Plut. 720.

INDEX SCRIPTORUM.

- | | |
|--|---|
| <p>Αἰσχίνης. 25, 1.
 — κατὰ Τιμάρχου. 12, 27.
 16, 8.
 Ἀνδροτίων ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος.
 19, 3.
 Ἀριστοτέλης. 17, 21. 20, 2.
 24, 22.
 — ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. 14,
 22. 18, 12. 20, 15. 22, 11.
 Ἀριστοφάνης. 17, 5.
 — ἐν Ὁρυσιν. 24, 22.
 Δείνωρχος κατὰ Τιμοκράτους.
 24, 23.
 Δημότριος δ Φαληρεύς. 14, 15.
 21, 4.
 — ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθη-
 ναίων νομοθεσίας. 19, 19.
 Δημοσθένης. 11, 2.
 — περὶ στεφάνου. 11, 17.
 — κατὰ Θεοκρίτους. 17, 3.
 — κατὰ Μειδίου. 17, 17.
 Εἰρηναῖος ἐν ὑπομνήματι εἰς
 Ἡρόδοτον. 23, 14.</p> | <p>Εὐριπίδης. 15, 1.
 — Σκυρίας. 23, 7.
 Ἡρόδοτος. 18, 6. 23, 2.
 — ἐν τῇ δευτέρᾳ. 23, 9.
 Θεοδέκτης ἐν τῇ Σωκράτους
 ἀπολογίᾳ. 18, 15.
 Θεόπομπος ἐν τῇ τρισκαιδε-
 κάτῃ. 23, 12.
 Θεόφραστος ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ¹
 νόμων. 14, 5 et 10.
 — ἐν πέμπτῳ περὶ νόμων. 26, 4.
 Θουκιδίδης ἐν τρίτῃ. 24, 21.
 Ἰσαῖος ἐν Τεμενικῷ. 20, 23.
 — πρὸς Εὐκλείδην περὶ χωρίου.
 26, 10.
 Καικλίος. 14, 5 et 16. 25, 15.
 Κράτερος. 14, 11.
 Λυσίας κατὰ Ἀριστωνος. 12, 3.
 — κατὰ Ἀντιγένους ἀμβλά-
 σεως. 16, 24.
 — κατὰ Νικίδου. 18, 16.
 Νύμφις δ Ἡρακλεότης ἐν δευ-
 τέρῳ περὶ Ἡρακλείας. 23, 3.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| ΕενοΦῶν. 9, 11.
"Ομηρος. 10, 5.
Πλάτων. 10, 9 et 12. 12, 11.
Σοφοκλῆς ἐν τοῖς Ποιμέσι. 23, 7.
— Ἐλένης γάμῳ. 23, 2.
— Τρωίλῳ. 23, 2.
"Τπερείδης. 10, 19. 21, 20. | — κατὰ Δωροθέου. 18, 21.
— κατὰ Αὐτοκλέους προδοσίας. 26, 12.
Φιλόχορος. 14, 15. 22, 8.
— ἐν τῇ τρίτῃ. 23, 22.
— ἐν τῇ ἕκτῃ. 24, 23.
— ἐν τῇ ἑβδόμῃ. 22, 1. |
|--|--|

INDEX GRAECUS.

- | | |
|--|--|
| <p>Ἄβροείμων. 10, 3.
ἀβροχίτων. 10, 3.
ἄγαυρος. 9, 15.
ἄγγαρος. 23, 1.
ἀγήνωρ. 10, 1.
ἀγνώμονες. 10, 9.
ἀγορά. 10, 18.
ἀγοραία δίκη. 10, 20.
ἀγορητής. 10, 18.
ἀγραφίου δίκη. 9, 3.
ἄγροικος. 10, 11.
ἀγροιώτης. 10, 12.
ἀγυιά. 10, 10.
ἀγύρτης. 10, 2.
ἀγχιστεῖς. 10, 14.
ἀγωγεύς. 9, 1.
ἀγωγή. 10, 21.
ἀγών. 10, 5.
ἀγωνία. 9, 9.
ἀγωνοθέτης. 9, 13.
ἀθλοθέτης. 9, 13.
ἀλογίου δίκη. 10, 23.
Ἄμμωνιάς. 24, 22 et 24.</p> | <p>ἀνατολή. 16, 10.
ἀνθυπαμδσαντο. 11, 6.
Ἄντιγονίς. 24, 25.
ἀντιγραφή. 11, 1.
ἀντίδοσις. 9, 5.
ἀντιλαχεῖν. 11, 8. 21, 4.
ἀντίληξις. 11, 8. 21, 15.
ἀποστασίου δίκη. 12, 1.
ἀποφράς ἡμέρα. 16, 5.
ἀπρόσκλητος δίκη. 11, 24.
ἀργίας δίκη. 12, 3.
ἀτίμητος δίκη. 12, 7.
ἄτοπον. 12, 9.
Ἄχαρνεῖς. 26, 16.</p> |
| | <p>βιαίων δίκη. 12, 10.
γραφή. 12, 18. 13, 22.</p> |
| | <p>δεκάζειν. 12, 27.
δεκάζεσθαι. 12, 27.
Δημητρίας. 24, 25.
διάγραπτος δίκη. 13. 3.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>διαχραφή. 13, 6.
 διαδικασία. 12, 15.
 διαιτηταί. 21, 6.
 διαμαρτυρία. 13, 16.
 διαψήφισις. 13, 11.
 δίκη. 13, 21.
 διωμοσία. 13, 26.
 δοκιμασία. 12, 17.
 Δράκων. 12, 4.
 δωροξενία. 22, 11.

 ἔγκλημα. 12, 25.
 Εἴλωτες. 25, 9.
 είργυμοῦ δίκη. 17, 16.
 εἰσαγγελία. 14, 4. 26, 8.
 εἰς διατητῶν αἵρεσιν. 14, 20.
 εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν. 16, 11.
 ἐκκλητον. 15, 1.
 ἐνδειξις. 15, 3.
 ἔνη καὶ νέα. 15, 11.
 ἐπαγγέλλειν. 16, 7.
 ἐπιβολή. 16, 15.
 ἐπιγραφέας. 17, 8.
 ἐπιγραφή. 12, 20.
 ἐπιγραφομένῳ. 17, 10.
 ἐπιδήμιος ἄρχων. 16, 19.
 ἐπιθαυμάζειν. 17, 5.
 ἐπίσκημμα. 16, 21.
 ἐπίσκηψις. 16, 21.
 ἐπίταγμα. 17, 7.
 ἐπιτίμιον. 16, 23.
 ἐπιτολή. 16, 10.</p> | <p>ἐπώνυμος ἄρχων. 17, 11.
 εύθυναι. 17, 19.
 ἐφύγησις. 16, 13.
 ἘΦΙΑΛΤΗΣ. 22, 9.

 Θεμιστοκλῆς. 14, 11.
 θεσμοθετῶν ἀνάκρισις. 17, 21.
 θεωρίς. 18, 5.
 θεωροί. 18, 3.

 Ἱερὸς γάμος. 18, 9.
 ἵσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο.
 18, 11.
 Ἰτεαῖος. 18, 16.

 κακηγορίας δίκη. 18, 18.
 κημός. 18, 24.
 Κήρυκες. 19, 3.
 Κλεισθένης. 24, 18.
 κλητῆρες. 19, 6. 26, 1.
 κυαμεύονται. 19, 14.
 κυβευτικὸς Φιμός. 19, 17.
 κυρία ἐκκλησία. 19, 19.
 κωλακρέται. 20, 10.

 λειτουργεῖν. 20, 12.
 Λεωβάτης. 14, 12.
 λῆπτον. 20, 12.
 λῆξις. 12, 26.
 λογιστῇ. 20, 15.
 Λύκος Ἰρως. 20, 22.
 Λύκου δεκάς. 20, 23.</p> |
|---|---|

- | | |
|-----------------------------|-----------------------|
| μάρτυρες. 19, 6. | Πενέσται. 25, 9. |
| μεσοκρινεῖς. 21, 1. | πινάκιον. 25, 13. |
| μὴ οὖσα δίκη. 21, 4. | Ποτάμιοι. 26, 17. |
| ναύκληρος. 21, 20. | προβολή. 25, 14. |
| νομοφύλακες. 22, 1. | προκαλεῖται. 25, 21. |
| νυμΦαγωγός. 21, 23. | προσκαλεῖται. 25, 21. |
| ξενίας γραφή. 22, 11. | πρόστιμον. 26, 3. |
| οἰκεῖοι. 10, 17. | πρυτανεῖα. 25, 19. |
| δρυάς. 23, 19. | ρητορική. 26, 10. |
| δρισμός. 22, 16. | σαγγάνδης. 22, 23. |
| δρος. 22, 16. | Σαλαμίνα. 24, 16. |
| δροσάγγης. 22, 23. | Σαλαμίνιοι. 25, 2. |
| δστρακισμοῦ τρόπος. 23, 22. | Σόλων. 12, 4. 15, 12. |
| παραγραφή. 12, 20. | συγγενεῖς. 10, 16. |
| Πάραλος. 24, 16. | συνήγοροι. 20, 15. |
| Πάραλοι. 25, 1. | Σφήττιοι. 26, 15. |
| παρασάγγης. 22, 23. | Τπέρβολος. 24, 11. |
| παρεγράψαντο. 25, 3. | ὑπωμοσία. 11, 12. |
| παρηγοροῦμαι. 25, 8. | Φάσις. 15, 5. 25, 14. |

A D D E N D A.

Sero vidi me errasse in emendanda glossa διαψήφισις. p. 13, 14.
Legendum enim est: διαψήφισίς ἔστιν ὅταν συνελθόντες κατὰ δῆμον
οἱ δημόται ψῆφον Φέρωσι κατὰ τῶν δοκούντων παρεγγεγράφουσι μὴ ὄντων
'Αθηναίων· δε δ' ἐν etc. Argumenta attuli in annotatione ad h. v.,
ubi conf.

In glossa ΣΦύττιοι p. 26, 17 pro παρεγγράπτους legendum est
παρεγγράφους. Vide annot.

Typhetharum errore in praefatione p. 5, l. 9 et 22 pro οἰοίπερ
male legitur οἴοίπερ.
